UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

Boetii Eponis Frisii De Ivre Sacro - Vel Principorum Iuris Pontificii Libri III.

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

De Ivre Sacro Lib. Tertivs Paratitla Decretalium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61749

Visual Library

# DE IVRE SACRO
## LIB. TERTIVS
### *Paratitla Decretalium.*

DE TOTIVS Decretalium corporis diſpoſitione ſatis dixiſſe [a] videmur; nunc de ſingulis Decretalium libris breuiter agẽdum reſtat. in quibus quidem ſingulis libris rectè partiẽdis vel ſuppartiendis potiùs non minor eſt laus vel auctoris vel interpretis quàm in vniuerſis libris ad ſumma quædam genera ſatis idonea reuocãdis. Equidem proteſtatus iam olim fui, vehementer mihi ſemper diſplicuiſſe vulgarem iſtam coniungendorum connectendorúmve titulorum rationem longè cõfuſiſſimam; dum non in vniuerſum, ſicut oportebat, libri cuiuſque commoda proponitur partitio quæ ſingulas deinceps partes partiúmque ſingularum ſectiones & articulos ductu quodãmodo naturali quaſi filo quodam perpetuò & quaſi neruis quibuſdam nexos per ſeſe trahat contineátque, ſed minutatim ſinguli dũtaxat inter ſe prorſus ineptè committuntur tituli, ſoli proximi cum proximis, nullo cõſtituto ſemel toto à quo cætera cuncta dependeant. quo nullum poteſt eſſe vitium docentis aut maius aut deformius; cùm procul dubio docendi laus omnis in partiẽdo [b] ſit, vt & ad Gratiani

a *Superiori lib. ſecundo.*

1 Vera connectendorũ Titulorum ratio.

2 Docendi laus omnis in bene partiendo.

b *Plato in Phædro & Cicer. in Bruto, & lib. 1. de inuentione.*

monebamus ordinem. Rurſus in omnibus & ſingulis cuiuſque libri titulis vinculo quodã perpetuo colligandis ita verſari (quod animaduertimus in vtroque iure commiſiſſe nonnullos) vt inſtar carminis cuiuſdam nõ abſimilis iſti quo cõputantur numerantur coniunguntur ſinguli dies totius anni (quod incipit *Ciſio Ianus*) dictetur coniunctionis titulorum inter ſe connectionisque ratio, magis adhuc iudico ridiculum.

3 Libri primi Decretaliũ caput ſummum.

Primus igitur liber Decretalium pro capite ſuo ſummo, ex quo deinceps mẽbra deducũtur apta ſuo capiti, nihil aliud habet quàm Negociorum ſeu Cauſarum ſeu Rerum Eccleſiaſticarũ pręparamenta vel pręparationes vel antecedẽtia vel anteceſſiones vel (vt ita loquar) pręambulatoria, vel quocumque demum nomine libeat appellare cogitationes atque curas huiuſmodi quæ ſolicitum tenent vnumquemque Chriſtianum de graui quęſtionis cuiuſpiam ad res agendas neceſſariò pertinentis diſceptatione laborantẽ. graui dico diſceptatione, ſiue publicum ſpectetur ius Pontificium quod in Sacris in Sacerdotibus in Magiſtratibus Eccleſiaſticis conſiſtit, ſiue priuatum quod ad ſingulorum refertur vtilitatem. nempe lõgè quid amplius & auguſtiùs ab hoc iure Pontificio venit expectandum, quàm vt ſolis priuatorũ liticulis occupetur. Nam quamuis ita ſit, vt in partitione illa vni-

4 Auguſtius quid à iure Pont. expectandum quàm ſolæ liticularum deciſiones.

uerſali

uerſali ſuperiùs dicebamus, vt nimirum ius omne rebus agendis applicetur & ad ipſa iudicia referatur, tamen inter illas res agendas & inter illa iudicia ſtatus etiam Chriſtianorum publicus vel maximè numerandus eſt. quo fit vt in hoc libro primo quando de perſonis agitur, eatenus eædã perſonæ loco ponantur priore ſeu præmittantur quatenus & ſacris publicis deſtinantur & in ſacerdotes creantur vel aliis ordinibus inſigniuntur & in magiſtratus Eccleſiaſticos conſtituuntur; eatenus verò perſonæ prorſus eædem loco ponantur poſteriore ſeu ſequantur, quatenus iudiciis priuatis præficiuntur.

5 Perſonarũ Eccleſiaſticarum functio duplex, Ordinis videlicet & Iuriſdictionis.

Breuiter & in ſumma; Præparationes vel Anteceſſiones vel Antegreſſiones hæ tum rerum Chriſtianarum peragẽdarum tum iudiciorum cõſtituendorum, de quibus quidem hoc libro primo tractari dicimus, in quattuor omnino verſantur generibus tanquam præcipuis totius libri membris; videlicet, fundamento [1] vniuerſi iuris huius Eccleſiaſtici, diſtributione [2] iuris eiuſdem in ſuas partes, perſonarum à quibus res dependet qualitatibus; officiis diſtinctionibus, & peculiaribus quibuſdam rei controuerſæ Chriſtiano more [4] potiùs amicè quàm vel per grauiſſimas diſſentiones atque ſchiſmata vel per iudiciales moleſtias finiẽdæ modis atque remediis. quæ ſimul quattuor cuilibet

6 Totius libri primi partitio quadrimẽbris.

1

2

3

4

7 Ordo hic ex natura deſumptus.
etiam priuato cõtrouerſias vllas metuen-
ti ſeſe ſemper offerunt & ob oculos ver-
ſantur; ita vt hic ordo iuris tradẽdi vel ar-
tis iuris ipſam omnino naturam, ſicut o-
portet, imitetur. quis enim vel quotuſ-
quiſque Chriſtianus vel mediocriter etiã
bonus non ita cõparatus eſt animo, quin
ſi fortè lis aut controuerſia grauior in-
gruat etiam atque etiam ſecum diſpicere
priùs velit ecquid offenſurus Deum ſit,
ecquid ius aliquod allegare pro ſe ſuáve
cauſa poſſit, ecquid perſonis quarũ pro-
babiliter indigebit opera tribuendum ſit,
ecquid amicè cum aduerſario ſuo conue-
nire per ſeſe queat vel (ſi fortaſſis hoc fie-
ri nequeat) certè per arbitrorũ potiùs in-
teruẽtionem quàm iudiciali quodã quaſi
Marte res expediri. videamus ordine ſin-
gula.

8 Primum libri huius membrum.

Tit. 1. DE SVMM. TRINIT. ET FIDE CATHOLICA.

Fundamentum iuris vniuerſi Chriſtia-
ni ac præcipuè Eccleſiaſtici ſeu Pontificij
Deus eſt ipſe trinus [1] & vnus, Pater, Fi-
lius, & Spiritus ſanctus; ad cuius plenam
in regno cœleſti fruitionem ſemper ad-
ſpiramus & anhelamus; quô totum ius
Pontificium nos diſciplina ſua traducere
contendit per conſtantem fidei Catholi-
cæ retentionem vitæque totius modera-
tionem. ſatis enim contra Garciam ſupe-
riùs euicimus, verum Pontificij iuris finẽ
non alium eſſe quàm animorum noſtro-
rum ad hoc regnum cœleſte traductionẽ.

9 Secundum huius libri membrũ.

Iam, quod eſt membri ſecundi, quia nõ
ex pro-

ex proprio cuiuſque cerebro ſed ex iuris præſcripto ſunt omnia Chriſtianis definienda rerum agendarum controuerſiarumq́ue genera, ius hoc ipſum Pontificium per ſeſe conſideratũ partim ſcripto conſtat, vt Conſtitutionibus[2] Eccleſiaſticis & Reſcriptis[3] Pontificum; partim nõ ſcripto, veluti Conſuetudine[4]: quemadmodum & ius Ciuile. Quanquã Reſcriptorũ vox hoc loco non refertur ad omnes epiſtolas Pontificum Decretales ius aliquod vniuerſale conſtituentes, at ſolas ad literas Pontificum priuatis aliquibus conſulẽtes, partim delegatorias iudicum partim Beneficiales; quibus nimirum nũc iudices ad litem quampiam inter aliquos finiendam delegantur, nunc impetrationes Beneficiorum continentur: prius literarum ſeu Reſcriptorum genus vulgò nominatur Iuſtitiæ, ſecundum Gratiæ.

*Tit. 2. DE CONSTITVT. Tit. 3. DE RESCRIPTIS. Tit. 4. DE CONSVETVD.*

10 Reſcriptorũ hoc loco ſumptio.

11 Reſcriptorũ duo genera.

Quoniam verò ius ipſum quantumlibet per ſeſe quidem præclarum attamen mortuũ eſt niſi à viua lege hoc eſt ab homine prudente fideliter adminiſtretur, ad perſonas properandum eſt. Itaque perſonarum, à quibus res in Eccleſia Chriſtiana gerendæ vel controuerſæ dependent, inſpectio gemina ſeſe offert; aut enim de iure toto publico[a] quoad illas quæritur, aut de iure priuato[b] ſeu negotiis priuatorum dirimendis. ordine dicamus de vtraque inſpectione ſeorſum[c] ſeparatimq́ue, paucula deinceps quędam ſubiecturi

12 Tertiũ huius libri mẽbrum.

13 Perſonarũ Eccleſiaſticarũ inſpectio gemina, videlicet vt miniſtrorum Eccleſiæ & vt iudicũ.

a ab hoc tit. 5. vſque ad tit. 29.

b à d. tit. 29. vſque ad tit. 34.

c ab hoc tit. vſque ad 33.

de vtraque ſimul[a] atq; cōiunctim. prioris inſpectionis triplex ferè proponitur hic ratio; prima [b], de iure taliū perſonarū ex facto quopiā vel alieno vel ſuo nihil ad Ordinis pertinēte ſacramētum; ſecūda [c], de iure ordinandi Clericos; tertia [d], de dignitatū Eccleſiaſticarum & officiorū Eccleſiaſticorū diſtinctionibus. Ius primæ rationis appellemus docendi cauſa Poteſtatē vel Auctoritatē vel Magiſtratū vel Prælaturā vel ſi mauis Præfecturā Eccleſiaſticā ex facto quopiā foris & extrinſecus adhibito acceptā; ſecūdæ rationis ius vocemus Ordinationē Clericorū; tertiæ rationis ius Functiones ipſas Eccleſiaſticas. Nā & ordine naturali ferè fit in perſonis Eccleſiaſticis, vt primū & ante omnia ſibi deſiderēt eſſe proſpectū de munere quopiam Eccleſiaſtico (ſi nō re ſemper, ſaltē ſpe) priuſquā ſacris initiētur Ordinibus, & fruſtra de functionibus Eccleſiaſticis cogitatur antequā fuerint Ordines collati. prçcedit ergo Poteſtas auctoritáſve, ſequitur Ordinatio, comitatur Functio. proſpicitur quidē prouideturq; perſonis Eccleſiaſticis prçcipuè per præbendas atq; beneficia, ſed hçc rebus adnumerātur non perſonarū iuri de quo ſolo tractatur hic. De Poteſtate igitur Eccleſiaſtica trifariā hic agitur, vel obtinēda nimirū retinēdaque, vel amittēda, vel temperāda nōnihil minuendaque: quia per Poſtulationes[5] & Electiones[6] & ab vna ſede ad aliam

14 In miniſtris eccleſiç tria cōſiderari, Poteſtatē, Ordinem, Functionē; naturali nēpe ratione.

15 Cur hic nihil de beneficiis ipſis.

16 Trifariā de poteſtate hic agi.

Tit. 5. DE POSTVLAT. PRÆLATORVM.

Tit. 6. DE ELECT. ET ELECTI POTESTA.

aliam Trãſlationes 7, obtinẽtur prçlaturæ *Tit. 7.*
retinẽturque; ſi modò ſingulis his Cõfir- DE TRANSLATIONE
matio ſuperioris accedat, ſolennisque ſe- EPISCOPI.
quatur vel in Epiſcopis Cõſecratio vel in *Tit. 8.*
Abbatibus nuda Benedictio vel in Archi- DE AVCTORITATE ET
epiſcopis præterea myſticũ illud palliũ 8 VSV PALLII.
quod reliquiis D. Petri Romæ quieſcẽti-
bus priùs adhibitũ ſingulis mittit Archie- *Tit. 9.*
piſcopis Põtifex pro peculiari proprioq; DE RENVNCIATIONE.
poteſtatis atq; dignitatis Archiepiſcopa- *Tit. 10.*
lis inſigni: cõtra verò vel Renunciationi- DE SVPPLENDA
bus 9 vt plurimum prçlaturæ eçdem (ſicut NEGLIGENTIA PRÆLATORVM.
& cæteræ dignitates & officia & benefi-
cia) ſolent amitti, vel negligentiis immi-
nui 10. Prælatos propriè vocamus in iure 17
Pontificio qui Magiſtratu quopiã Eccle- Prçlati quinam.
ſiaſtico funguntur, maximè ſi in ſuprema
ſint alicuius Eccleſiaſtici corporis digni- 18
tate conſtituti. Poſtulationes gratia ſola Poſtulationes.
nitũtur, Electiones iure; cũ poſtulẽtur in
Prælatos hi quibus alioquin obſtat iuris 19
diſpoſitio cõmunis, eligãtur autẽ quibus Electiones.
iure nihil obſtat. neq; prçteritur hoc Ele-
ctionis loco ius eligẽdorum duorũ ſum-
morũ in vniuerſo Chriſtianiſmo capitũ
Põtificis a et Imperatoris b; Põtificis quidẽ 20 Pontificis Electio.
iure nouiſſimo per Cardinales, Imperato-
ris verò per Germaniç Principes. vbi pu- 21
defiant obiter iſti c qui penes Germanos Imperatoris Electio
Imperiũ Romanũ eſſe negãt, et in hiſtoria penes Germanos.
& in religione ſingulares atq; adeo in ſua
profeſſione præuaricatores. Fit autẽ Ele- 22
ctio Prælatorũ Eccleſiaſticorũ trifariã d, Tres eligẽdi formæ.
nunc

a c. licet, 6. de Elect.
b c. venerabilẽ, 34. de Elect.
c Bodinũ vide refutatum quæſtione V. Iuriſdictionali nu. 91. & ſeqq.
d c. quia propter, de Elect.

nunc inſpiratione ſancti Spiritus ſeu cōmuni concordique omnium eligentium Conclamatione, nunc præmiſſa diligenti votorum ſeu ſuffragiorum perſcrutatione ſeu Scrutinio, nūc denique Compromiſſo. quæ ſingula perſequi non eſt huius

23 Ius ordinādorū Clericorum duo reſpicit, & quæ adeſſe debent & quæ abeſſe.

compendioli. Secundæ rationis ius quod ad ordinandos refertur Clericos plurima ſapienter conſtituit quæ talibus partim debent ineſſe tanquam requiſita quędam pernecesſaria, partim verò ab ipſis abeſſe tanquam ſingularia quædam impedimēta.

24 Quę debeāt adeſſe.

Prioris generis hęc ſunt, cùm in omnibus ordinandis omnino ſpectanda tum ſingularia in pręficiendis; primùm, obſeruatio temporum [11] conferēdis ordinibus iure publico ſolēniter deſtinatorum, ſiue de diebus ipſis ordinationi conuenientibus quæratur ſiue de ordinandorū ætate; ſecundò, & quidē pręcipuè, qualitas ipſarum perſonarum ad ordines huiuſmodi adſpirantium; qua in re diligens requiritur examinatio ſiue ſcrutinium [12] ſicuti vulgò vocatur; tertiò, competētis & idonei Epiſcopi Ordinatoris aditio, ne [13] videlicet ab Epiſcopo quantumlibet proprio ſed qui vel Epiſcopatui renunciauit vel excommunicatus eſt ordines prudēter ac ſcienter ſuſcipiātur.

Tit. 11. DE TEMPORIB. ORDINATIONVM ET QVALITATE ORDINAND.

Tit. 12. DE SCRVTINIO IN ORDINE FACIENDO

Tit. 13. DE ORDINATIS AB EPISC. QVI RENVNC. EPISC. VEL EXCOMMVNICATVS EST.

25 Rubrica reſtituta.

vbi monendus es obiter hæc verba VEL EXCOMMVNICATVS EST non bene fuiſſe ſubtracta Rubricæ vulgari. Superiora tria modò memorata tum in omnibus requi-

runtur ordinandis tum ſingulariter[14] & ætas iuſta ſtataque, & eximia qualitas, & ſacer ordo, deſiderantur in iis qui ſint Eccleſiæ cuipiam præficiendi; quos idcirco ſacra ſimul vnctione[15] conuenit eſſe delibutos. cuius quidē ſacræ vnctionis occaſione, pleniùs hic agitur de omni vnctione Chriſtianorum in genere, ſiue de Regibus invngendis queratur ſiue de Chriſtianorum cūctorum vnctione tum in Baptiſmate tum in Cōfirmatione tum in infirmorū Vnctione extrema, ſiue denique de ſacris ordinibus ritu Chriſtiano conferendis. qualis vnctio quandoquidē tribus in ſacramentis characterem ſemper imprimit indelebilem[16], Baptiſmo, Confirmatione, Ordinatione ſacra, fit vt hæc tria ſine grauiſſimo ſacrilegij ſcelere nunquam reiterari poſſint. Ad impedimenta vel obſtacula quod attinet quæ ab ordinandis abeſſe oportet, hæc multiplicia ſanè ſæpiùs occurrunt & inijciuntur; ſiue vitium quod ex ipſa ſit origine (vt in filiis[17] presbyterorum) ſiue ex perſonæ ſtatu &[18] conditione (vt in ſeruis, quamdiu non manumittuntur) ſiue ex intricatiore rationum[19] reddendarum obligatione, ſiue ex corporis vel deformitate[20] vel debilitate, ſiue ex digamia[21], ſiue poſtremò ex peregrinitate[22].

In officiis atque functionibus Eccleſiaſticis diſtinguendis, quô tertia pertinet perſonarum Eccleſiaſticarum quoad ius publi-

Tit. 14. DE ÆTATE ET QVALITATE ET ORD. PRÆFICIEND.

Tit. 15. DE SACRA VNCTIONE

Tit. 16. DE SACRAMENT. NON ITIRANDIS

Tit. 17. DE FILIIS PRES. ORD. VEL NON.

Tit. 18. DE SERVIS NON ORDI. ET EORVM MANVMIS.

26 Quę debeāt abeſſe.

Tit. 19. DE OBLIGATIS AD RATIOCIN.

Tit. 20. DE CORP. VITIATIS ORDINAN. VEL NON.

Tit. 21. DE BIGAM. NON ORD.

Tit. 22. DE CLER. PEREGRIN.

27 Fūctionum Eccleſiaſticarū diſtinctio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

publicum conſideratio, primùm & ante omnia ſeparandi ſunt illi qui proprio [a] nomine deſeruiũt Eccleſiis, ab iis qui vicariam [b] pro aliis præſtant operã ſeu alienis in Eccleſiaſtico miniſterio vicibus defunguntur. Vtriuſque nempe generis neceſſarius eſt in functionibus Eccleſiaſticis vſus. Qui nomine proprio ſuas obeũt functiones, illi meritò nõ alio collocantur hic ordine quàm qui gradibus honorum quoque reſpõdeat, ſiue dignitatis titulo cenſeantur ſiue nudi duntaxat intra nomen officij contineantur atque ſubſiſtant; aliis nimirum Eccleſiis aliud hac in parte ſequentibus pro vel conſtitutionũ vel conſuetudinum ſuarũ varietate. Pontifex, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, non ponũtur hoc quidem in ordine, vt quorũ gradus, ordo, officium, functio, præeminentia, dignitas [c], aliundè ſatis nota ſunt in Eccleſiaſtica Hierarchia; ſed his inferiorum duntaxat officia ordine hic recenſentur; videlicet, Archidiaconorum 23, qui quodammodo ſunt oculi ſuis Epiſcopis, vt D. Clemẽs [d] ipſius D. Petri diſcipulus & ſucceſſor aiebat; Archipreſbyterorũ 24 ſeu Decanorũ (tametſi multis in Eccleſiis alius eſt Archipreſbyter alius Decanus; illo, paſtorũ ciuitatis atque Decanorum ruralium ſeu Chriſtianitatis, quæ dicitur, agente paſtorem, hoc autem Capituli) qui quod poteſtatẽ habeant non tam latè patentẽ quàm Ar-

*Tit. 23.* DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

*Tit. 24.* DE OFFICIO ARCHIPRESBYT.

chidia-

chidiaconi, dignitate præditi ſunt infe- *Tit.25.*
riore licèt ab ordine nomen habeant cel- DE OFFIC.
ſiore; Primiceriorum [25] ſeu Cantorũ; Sa- PRIMICER.
criſtarum [26] ſeu Theſaurariorũ; ac poſtre- *Tit.26.*
mò Cuſtodũ [27]. Cęterum quòd nulla fiat DE OFFIC.
hic inter has tam varias functiones Eccle- SACRISTÆ.
ſiaſticas mentio Præpoſitorum, quemad- *Tit.27.*
modum neque Scholaſterorũ ſeu Scho- DE OFFIC. CVSTODIS.
laſticorum, nõ immeritò quiſpiam fortè 28 Cur nihil
miretur; niſi cõſideret, hic potiſſimùm de hic de Præ-
perſonis agi Eccleſiaſticis in Eccleſia qua- poſitis &
piã cathedrali vel maiori verſantibus, vbi Scholaſti-
videtur antiquitùs nõ alius fuiſſe Prępo- cis.
ſitus quàm ipſemet Epiſcopus cum œco-
nomo, nec alius rector atque gubernator 29 Diſciplinæ
Scholarium eiuſdẽ Eccleſię quàm Primi- ſcholaſticæ
cerius vel Cãtor, vtpote cuius [a] eſt etiam cura cui in-
doctrinæ diſciplinæque Eccleſiaſticæ in- cumbat.
ſiſtere. Qui vices obeũt in diuinis officiis
rebusq; ſpiritualibus alienas, vicarij paſ-
ſim nec ineptè appellantur; de quorum
omnium officio principaliter hoc agitur *Tit.28.*
titulo [28], non autem vel de vicariorum DE OFFI-
iuridicorum officio [b] vel de ſolius Epi- CIO VICA-
ſcopi vicario in ſpiritualibus. quanquam RII.
fateor Officiales Epiſcoporũ quibus iu-
riſdictio committitur non malè quoque
nominari vicarios de quibus vel maximè
ſub hoc titulo Bonifacius agit octauus in
ſuo libro 6. Certè Gregorius 9 hoc loco
pleraque refert ad vicarios in diuinis offi-
ciis; quo fit vt eò potiſſimùm titulus hic à
nobis trahatur et nõ ad ſequẽtia quę ſunt
iuris

a *è tric. de off. primic.*

b *præter ſolum cap. penult. quod pertinet ad Vicarium Pontificis in vrbe generalem, etiã quoad iuriſdictionem.*

iuris præcipuè priuati. ſed commodiſſi-
mè cecidit vt hic titulus in iuris publici
& priuati confinio poneretur, vbi ſimul
vtrique poſſit iuri tam publico quàm pri-
30 uato ſubſeruire: de quo quidem iure pri-

*Secũda perſonarũ Eccleſiaſticarum conſideratio, vt iudicum.*

uato perſonis Eccleſiaſticis incumbente
nunc tandem dicamus. publici namque
iuris Eccleſiaſtici huius executioni ſoli
ſtudere ſatis omnino non eſt; priuatis e-
tiam ius adminiſtrãdum eſt. quocirca al-
teram perſonarũ Eccleſiaſticarum inſpe-
ctionem prædiximus eſſe, quatenus hæ
iuri præſunt priuato ſeu negociorũ pri-
uatorum diſceptationibus, tanquam iu-
dices. quid iudicis cuiuſque ſit proprium
præmittitur [a], quid iudicibus omnibus
ex æquo commune ſit ſubijcitur [b]. Iudi-

*Tit. 29.* DE OFFIC. ET POTES. IVDICIS DELEGATI.

ces enim alij ſunt ordinarij, alij ab ipſo
Põtifice ſingulis in cauſis delegati 29 qui
propterea quoque priore diſponũtur lo-
co: quibus & Legatus 30 Apoſtolicus id
eſt Pontificius frequẽter accedit, qui præ-

*Tit. 30.* DE OFFIC. LEGATI.

terea longè maius & auguſtius quid ple-
runque ſuis in mandatis habeat; ſiue mit-
31 tatur à Pontificis latere ſingulariter, ſiue

*Legatorũ tria genera.*

cùm degat alibi munus legationis abſen-
ti deferatur à Pontifice, ſiue denique qua
dignitas Eccleſiaſtica hunc perpetuæ le-
gationis honorẽ ſibi ſemper habeat an-
nexum. primus nominatur legatus à late-
re, (ſic in cauſa boni illius Ignatij Patriar-
chæ Conſtantinopolitani ſua ſede turpi-
ter & indignè deiecti legatos Romã ſibi
nunc

[a] Vide epiſto. à Nicolao PP. I. ad Michaelē Imperatorē.

nunc ex latere nunc è latere Michaëlis Imperatoris mitti deſiderabat Nicolaus [a] PP. I. vir ſingularis omnino ſicuti tum doctrinæ tum pietatis ita quoque tú fortitudinis tum conſtantiæ.) ſecundus legatus abſolutè, tertius legatus natus. quales quidem Legati nati numerantur Archiepiſcopi quattuor, Eboracenſis, Cantuarienſis, Remenſis, Piſanus. Licèt autem legatus Apoſtolicus maior procul dubio ſit aliquo delegato Pontificis, tamen quia principaliter hic agimus de perſonis & quotidie & vbique ad iudicandum dari ſolitis, non immeritò delegati ponuntur ante Legatos, vt quos neque ſemper nec vbique contingit interuenire. Sequuntur ordine ſuo iudices Ordinarij 31, quibus nimirum iuriſdictio cōpetit Eccleſiaſtica ſuos in ſubditos ex ipſa vi ſuæ Prælaturę, ita vt non ſit opus extra ordinem adire Pontificem pro alio iudice habēdo. quales ordinarios eſſe conſtat omnes & ſingulos Epiſcopos in ſua quemque diœceſi ſiue de lege quæratur diœceſana [b] ſiue de lege iuriſdictionis; item ſiue de iure publico ſiue priuato. Nam tametſi principaliter hic agatur de Iuriſdictione contētioſa deque litibus priuatorū dirimendis, in genere tamen vniuerſum deſcribitur Ordinarij munus etiam quoad ius publicū. nec enim tam vel ſcrupuloſè vel ſuperſtitioſè nec ad amuſſim poſſunt omnia quæ iuris publici ſunt ab iis quæ iuris priuati

32 4. Legati nati.

Tit. 31. DE OFFIC. IVDICIS ORDINARII.

[b] c. dilectus ſi. dem. hoc tit.

V ſunt

ſunt vbiq; vel ſeparari vel diſtingui quin multa ſæpe miſceantur. Ac abundè ſuffi-
33 Artibus diſciplinarũ tradendarũ quid ſufficiat.
cere debet artibus diſciplinarum tradendarum, ſi quæ principaliter in vnoquoque genere ſpectantur ea ſint paulò conſpectiora & eminentiora. quo Conſilio factum eſſe reor, vt quoniam hic principaliter ſpectatur Iuriſdictio, titulus hic inſcribatur non ſimpliciter *De officio Ordinarij* ſed cum determinatione quadam *De officio iudicis Ordinarij* quantumuis de vniuerſo tractet Ordinarij cuiuſlibet officio pręſertim ſumma quapiam in dignitate cõſtituti. Poſt explicatum proprium
34 Cõmunia iudicibus omnibus.
cuiuſque iudicis tã extraordinarij quàm ordinarij officiũ, conſequens eſt vt communia iudicibus quibuſlibet præcepta tradantur, ac nominatim quæ ſtrictiore
Tit. 32. DE OFFIC. IVDICIS.
ſignificatione dicũtur ad officium 3 2 pertinere iudicis; vt, exempli cauſa, dare litigantibus aduocatos [a], quæ deſunt ſubinde ſupplere, ſimiliaq; plurima facere; cùm latiſſimè pateat iudicis officiũ, ſiue ſponte ſua moueatur ſiue requiratur à partibus; itẽ ſiue de plano quid faciat ſiue ſolenniter, poſtremò denique ſiue mercenarij ſit illud quod facit officij ſiue nobilis, vt ab interpretibus noſtris maximè practicis neque fortaſſis ineptiſſimè di-
35 Ordinis ratio.
ſtinguitur [b]. Hactenus oſtẽſum fuit quidnam in perſonis Eccleſiaſticis tum quoad ius publicũ tum quoad priuatum ſpectetur ſeorſum ſeparatimque, nunc breuiter
adden-

addendum eſt quidnam communiter & coniũctim de perſonis Eccleſiaſticis omnibus tam publici quàm priuati iuris exercitium ſuſtinentibus in Eccleſiaſtica ſit Hierarchia ſtatuendum pro totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſeruatione. qua in re *Caput* 33 eſt, vt ſuperiores imperent, inferiores pareant & obediant; vtpote quo præcepto ſemel violato, neceſſe fuerit vniuerſum Chriſtianiſmi regimen diſſolui. ſuperior autem vel maior quis in Eccleſia dicitur ferè quadrifariam; vel nimirũ ratione dignitatis [a] atque poteſtatis Eccleſiaſticæ, vel prærogatiua conferentis ordinem [b] Eccleſiaſticum, vel ordinum eorundem Eccleſiaſticorum gradu [c], vel denique temporis antiquitate [d]. quę cuncta luculenter hoc explicãtur titulo; ne quid interim dicam de ſecularis poteſtatis & vniuerſæ Iuriſdictionis laicę quantumlibet vel Regiæ vel Imperatoriæ, quæ Eccleſiaſticæ debet obedire poteſtati, ſubiectione [e]. quandoquidem reuera gladius vterque, quamuis aliter ac aliter, in poteſtate Petri ſeu Romani Pontificis [f] eſt; cui ſubeſſe, pronunciatur [g] eſſe de neceſſitate ſalutis: & meritò, cùm extra Eccleſiã nulla ſit ſalus. qua de re ſatis cùm in huius cõmentationis primo tũ alibi diximus. vnde maximum præſentis tituli pondus pateſcit & vſus eluceſcit.

Tit. 33. DE MAIORITATE ET OBEDIEN.

36 Totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſeruãdę ratio ſumma.

37 4 modis alter altero maior.

38 Vterq; gladius eſt Põtificis.

39 Põtifici ſubeſſe, de neceſſitate ſalutis eſt.

a bot, hoc tit.

b c. per tuas, hoc tit.

c c. ſtatuimus. hoc tit.

d c. 1. hoc tit.

e c. ſolitæ. hoc tit.

f c. 1. de maioritat. et obed. in Extrauag. commun.

g d. c. 1. in fine.

Supereſt quartum libri huius membrũ, de remediis rei controuerſiæ vel per nos

40 Totius huius libri pars 4. de ſopiẽda cõtrouerſia ſine iudice.

vel aliter amicè potiùs conſopiédę quàm per iudicem dirimendæ. quod procul dubio ſatius eſt plerunque, quantumlibet & ſecundum Deum & ſecũdum iura omnia cauſam foueamus optimam & perſonæ iudicum nobis etiã ſummè ſint propitiæ.

41 Duplex ratio negocij fit ſopiẽdi, conſentionibus nimirum vel arbitriis.

rationes negotij ſopiendi generaliter hic duæ proponuntur; vna per mutuam concordiam, altera per virorũ bonorum interuentionem. de cõcordia mutua quæritur vel inter ſummos Principes ipſos aut ſuperiorem non agnoſcẽtes aut eundem ſuperiorem contemnẽtes atque cum illo contendentes belloque concertantes, vel inter priuatos. inter Principes quidẽ nũc ad34 tempus, vt induciis, nunc in perpetuum, nẽpe pace, gratia coit: de talibus enim principaliter hic agi teſtimonio ſunt præſentis tituli capitula, præſertim iũctis illis quæ traduntur eadem de re in Extrauagantibus communibus vbi Concordatorum inter Pontifices & Reges Francorum fit mentio. quanquã & alia nonnulla de temporibus vacationum à litibus deque temporibus anni clauſis quæ vulgò vocantur hic interſerũtur. inter priuatos verò nũc pactis35 nunc trãſactionibus36 res componitur. Atque belligerantium tum inducias tum pacem rectè dixeris etiam vel pacta vel conuẽtiones. quo fit vt rotundiùs fortè quis dicere mallet, Controuerſias omnes vel conuẽtionibus conſopiri vel arbitriis; atque conuentionum

Tit. 34. De trevga et pace.

42 Cõcordata inter Principes.

Tit. 35. De pactis.

Tit. 36. De transactionibvs.

alias

alias eſſe publicas alias priuatas: atqui res eôdem redit. Interuentione bonorum virorũ res vt plurimùm certiùs finitur per compromiſſum in arbitros, quàm aliter. Quoniam verò, ſicut ait Iuriſconſultus [a], compromiſſum ad ſimilitudinẽ iudiciorum redigitur & ad finiendas lites pertinet, duo quędam hic de arbitris præcipuè proponuntur; vnum de cauſa hinc inde diligenter inſtruenda coram arbitris; alterum, de cauſa deinceps per eorundẽ arbitrorum ſententiam finienda, non ſecus atque fit coram iudicibus. Inſtruitur autẽ cauſa poſtulationibus 37 & allegationibus variis atque multiplicibus. poſtulat quis vel per ſe vel per procuratorem 38. procurator nunc ſingulorum nunc alicuius eſt vel ciuitatis vel collegij vel corporis cuiuſlibet alterius: ille propriè ſtrictéque procurator, hic ſyndicus 39 nominatur. Inter allegationes, multis magniſque de cauſis, frequentiſſimus eſt vſus reſtitutionis in integrum: cuius etiã vel ob hoc ſolum ſingulariter fit hic mentio, quemadmodum & in Pandectis & in Codice, quòd occaſione poſtulationis & procuratoris vel Syndici nõ raro ad reſtitutiones in integrum recurrere ſit neceſſe. nam alioqui cæteræ litigantium allegationes ad plenam cauſæ inſtructionẽ pertinentes, commodiùs tractantur libro ſequẽti. Reſtitutiones in integrum nunc actionis iure [b] petũtur, nunc ex mera magiſtratus

[a] l.1.π.de Recept. qui arbit. recep.

[b] l.tot.tit quod metus cauſa. & toto tit. de dolo malo.π. & C.

43 In arbitriis dico requiri, cauſę inſtructionẽ & ſententiam.

Tit. 37. DE POSTVLANDO.

Tit. 38. DE PROCVRATORIB.

Tit. 39. DE SYNDICO.

44 Cur de reſtitutionib. in integrũ hic agatur.

Tit. 40. DE HIS QVÆ VI METVSQ. CAVSA FIVNT.

cognitione [a] pendent & officio iudicis. actionis iure, ſicut ex cauſa metus 40; officio iudicis, ex cauſis reſtitutionũ variis 41, & maximè quãdo læſa fuit Eccleſia. cauſis his adnumeratur, & quidẽ inte actionis [b], alienatio 42 rei vel actionis facta cuipiam ab vno litigaturo in fraudẽ alterius litigaturi, ad opponendũ ſcilicet ei aduerſarium duriorẽ, & ad mutãdum quod futurum timebatur iudiciũ ſeu litem. Poſtulationibus allegationibusq́; tandẽ peractis, nihil reſtat quàm vt ab arbitris, modò rectè ſumpti 43 fuerint, ſententia feratur.

Tit. 41. DE IN INTEGRVM RESTITVT.

Tit. 42. DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA.

Tit. 43. DE ARBIT.

LIBER SECVNDVS.

Liber Decretalium ſecũdus vniuerſam proſequitur ordinis iudiciarij rationẽ ac viam ſeu modum; ſiue de ciuilibus quęratur cauſis, ad quas tamen præcipuè totus hic pertinet liber, ſiue de criminalibus præſertim quoad inſtruendæ finiẽdæque cauſæ rationes. licèt enim diuerſus inſtituendi ordinãdíve iudicij modus in vtroque ſit cauſarum genere, probandi tamen finiendique modus penè reperitur idem. pro totius igitur huius libri ſecundi ſummo ſeu genere ſeu capite ponitur Ordo iudiciarius vel cauſæ cuiuſlibet in iudiciis peragẽdæ modus. Totius ordinis huiuſce partitio cõmodiſſimè fit in tria principalia membra; quorũ primum eſt de cauſa qualibet in iudiciis inſtituẽda [c] ſiue ordinanda id eſt ordine inchoanda, ſecũdum de eadem deinceps inſtruenda [d] ſeu probanda, tertium [e] denique de eadem dirimenda

45 Summum totius libri 2 Caput.

46 Totius Ordinis iudiciarij tres quaſi gradus; litis inſtitutio, litis inſtructio, litis deciſio.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

menda fineq́ue debito tãdem terminanda. Quæ ſingula nũc ordine videamus, litis inſtitutionẽ, litis inſtructionẽ, litis diremptionẽ. quæ naturali prorſus ordine 47 cohærẽt inter ſe, qui turbari neque debet neque verò facilè poteſt: vnoquoque litigante naturaliter hanc viã ſine duce citraq́ue difficultatẽ tenente. quorſus enim finem controuerſiæ quis vel ſpectabit vel ſperabit niſi primùm lis in iudicio moueatur & inſtituatur, deinde probationibus inſtruatur, poſtremò per iudicẽ finiatur? In inſtituenda vel ordinãda lite plurima ſpectãtur; quæ tamẽ facilioris methodi cauſa redigi poterũt in articulos principales numero quinque, qui ſunt hi; videlicet, in ius [1] ad competẽtem iudicẽ vocatio [a], libelli oblatio [2] [b], litiſcõteſtatio [3] [c], iuſiurandũ [4] calũnię [d], quæſtionum intercurrẽtium [5] tractatio, hoc eſt, cõmodus & idoneus minimeq́ue vel præpoſterus vel ipſis litigãtibus periculoſus quæſtionum variarũ in inſtituẽda rectè cauſa frequenter intercurrentiũ prudenter à iudice tractandarũ ordo ac modus [e]; vt, quando vel de dilationibus ac feriis, vel de cognitionum ordine, vel de plus petitionibus, vel de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, vel de fructuum ſequeſtratione, vel id genus aliis quæſtionibus vt plurimùm lite pendente naſcẽtibus, diſceptatur. articulus ergo 5 eſt de quæſtionibus intercurrẽtibus.

Naturalis ordo.

48 Inſtituendę litis articuli quinque, quæ prima pars eſt huius libri.

1 2 3 4 5

a tit. 1. & 2. b tit. 3. & 4. c tit. 5. & 6. d tit. 7. e tit. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

Qui quidẽ tractationis ordo ſingulis in

49 Ratio naturalis huiuſce ſubdiuiſionis.

his quinque articulis, & naturę litiũ conuenienter ordinandarum vel inſtituendarum reſpondet & apud omnes pleroſque populos rectam rationem in iudiciis ducem ſequentes obſeruari ſolet.

Tit. I. DE IVDICIIS.

In ius vocatio principium eſt iudicij [1] experiundi, poſtquã priuata monitione (quæ præcedere ſolet, immò ſecũdum veteres Canones debet [a]) nihil proficitur.

50 Argumentum totius tituli.

In Pandectis hi duo tituli priores in vnum conijciuntur ita *De iudiciis & vbi quis agere vel conueniri debeat*, quod poſterius nihil eſt aliud quàm de foro cõpetenti. multaque ſanè ſub his duobus titulis permixtè cõprehenduntur quæ ſunt vnius eiuſdéque penè generis, nimirum de Iuriſdictione; niſi quòd ſub priore titulo ſolo tum de illis inter cętera quęratur qui legitimam perſonam ſtandi in iudiciis habeant vel non, vt de excommunicatis [b], de monachis [c], de templariis [d], de mulieribus [e], de minoribus [f]; tum de ipſa citatione [g] quam vulgus impropriè vocat, ſiue de in ius vocatione, deque proponendæ coram iudice rei geſtæ [h] vel actionis modo.

Tit. 2. DE FORO COMPETENTI.

poſterior autem totus titulus [2] ad Iuriſdictionis locum forive competentis diſceptationem pertinet, vbi nimirũ quiſque forum ſortiatur. qua in re illud præ cæteris eſt memorabilius, Clericos in omnibus cauſis tam criminalibus [i] quàm ciuilibus

51 Clericorũ forum.

ſoli eſſe iudici Eccleſiaſtico ſubiectos. adeò vt ne vel pro defectu quidẽ iuſtitiæ [k] trahi [l]

trahi poſſint à laicis ad iudicia ſecularia (cùm tamen è contrario iudex Eccleſiaſticus etiam inter Laicos ius dicat quandocũque peccati[a] præcipuè vertitur materia, ſicut & in defectum [b] iuſtitiæ ſecularis) vel renunciatione fori Eccleſiaſtici ſpontanea quantumlibet iurata [c] ſemetipſos iudici ſeculari ſubijcere, quinimmo ne Eccleſiaſtico quidem foro alteri ſeu alieno rectè ſemet ſubmittũt, niſi proprij & ordinarij iudicis acceſſerit conſenſus[d].

a c. nouit. de iud.

b c. licet ex ſuſcepto, de for. comp.

c c. ſi diligenti. de for. comp.

d c. ſignificaſti. de fo. com.

Non minus vel memorabile vel præclarum eſt & hoc, omnes nõ Clericorum tantùm ſed & ſcholarium quorumcũque quamuis non Clericorum cauſas, ex iuris Pontificij, quod longè benignius [e] & æquius eſt iure ciuili, deciſionibus eſſe iudicandas[f]. Vocationẽ in ius ordine ſequitur actionis editio ſeu libelli oblatio [3], qui litis futuræ ſpeciem demonſtret & ad cuius formam iudici ſua dirigẽda ſit ſententia. quo in genere libellorum offerendorum rectè comparatum iure eſt vt ſi quid viciſſim reus ab Actore ſibi deberi dictitet, mutuis [4] petitionibus quaſi reciprocis libellis vno eodemque tractu res explicetur, actio ſcilicet & reconuentio quæ nũc appellatur. Tertius deinceps inſtituendę litis articulus erat *Litiſconteſtatio* [5] per quam propriè iudicium committitur vt veteres loquuntur, vel vt ait Paulus [g] iudiciũ accipitur; cùm hactenus per vocationem in ius & per libelli oblatio-

52 Scholariũ cauſæ ex vtro iure ſint iudicandæ.

e c. 2. de iuramẽt. calum. et alibi paſsim.

f c. quod Clerici. de for. cõp.

Tit. 3. DE LIBELLI OBLATIONE.

Tit. 4. DE MVTVIS PETITIONIBVS.

Tit. 5. DE LITISCONTESTATIONE.

g l. amplius. ꝟ. rem ratã haberi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

53
Litis cõteſtatio quid ſit & quomodo fiat.

nem non tam litigaretur quàm lis pręparetur & inchoaretur. nam per litiſconteſtationem vterque [a] & actor & Reus in iure id eſt in iudicio alter petendo alter autē reſpondendo rem eô deducunt controuerſam, vt iudicis deinceps partes ad eam legittimo tramite ſeu decurſu iudiciali ventilandam & cognoſcēdam & dirimendam interponi debeant. ante quam quidē litiſcōteſtationem regulare [6] eſt vt nec teſtes recipiantur nec ad ſententiā definitiuam procedatur. quæ tamen regula tum propter abſentiā tum propter contumaciam Reorum tum etiam propter probationum poſtea fortè defuturarum periculum tum denique variis de cauſis frequenter exceptionem [b] patitur. Quartum diximus inſtituendæ litis articulum *Juſiurandum* [7] *calumniæ* ne ſcilicet vel temerè vel malitiosè homines ad litem ſeu intentandam ſeu ſuſcipiendam proſiliāt, at bona fide procedant exiſtimātes atque credentes bonā ſeſe litis experiundæ cauſam fouere. eſt enim iuſiurandum hoc, vel (ne à nomine quo etiā Paulus [c] Ic[tus] vtitur ſuperſtitioſiùs abſtineamus) iuramētum, nō veritatis ſed opinionis, vel (vt forenſes noſtri loquūtur) credulitatis. quod in omnibus omnino cauſis eſſe præſtandum iure poſt Iuſtinianū [d] conſtituit Bonifacius [e] octauus, ne ſpiritualibus [f] quidem cauſis exceptis. quanquam in criminalibus reuera periculoſum foret id à reis exige-

Tit. 6.
VT LITE NON CONTEST. NON PROCEDATVR AD TESTIVM RECEPTIONEM VEL AD SENTENT. DEFINITIVAM.

Tit. 7.
DE IVRAMENT. CALVMNIÆ.

54
In ſpiritualibus etiam cauſis iurādum de calumnia.

exigere. quo iureiurando tamen in cauſis
a omiſſo, iudicialis proceſſus non redditur
...1. §. 1. propterea nullus[a]. Quinto diſpiciendum 55
...lib. 6. reſtat de quęſtionibus illis intercurrenti- Intercurrẽtium quæſtionũ triplex genus.
bus, quarũ ferè triplex diſcrimen hic elu-
b cet; aliis ad oportunitatem commodita-
...1. & 9. temq́ue b ſolius temporis 1 in lite proſe- 1
c quenda, aliis ad ordinem cognitionis iu- 2
...10. dicialis quãdo præiudiciales c exoriũtur 2 3
d quæſtiones, aliis denique ad maiorẽ ſecu- Tit. 8. DE DILATIONIBVS.
...11. 12. ritatem d 3 nunc actoris nunc Rei interim
13. 14. 15. dum lis pendet, pertinẽtibus. primi gene- Tit. 9. DE FERIIS.
16. 17. ris eſſe cõſtat varias dilationes 8 atque fe-
rias 9 quibus à procedendo nõnihil inter- Tit. 10. DE ORDINE COGNITIONVM.
quieſcitur: ſecũdi generis, exempla tria ti-
e tulo peculiari 10 proponũtur; Cõſangui-
c. 1. hoc tit. nitatis e, quãdo de matrimonio quęritur; Tit. 11. DE PLVS PETITIONIBVS.
f naturalium f ſeu legittimitatis, vt vulgus
c. penult. hoc tit. loquitur, ſeu ſtatus, quãdo de ſucceſſione
g controuertitur; ſpoliationis g, quãdo illa Tit. 12. DE CAVSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.
c. 2. & ult. hoc tit. in modum exceptionis objicitur contra
quemlibet actorem ſpoliatorem. Ad ſe-
curitatem nunc actoris nunc rei pertinẽt
præcipuè hæc tria: debitus petitionis in- Tit. 13. DE RESTITVTIONE SPOLIAT.
ſtituendæ modus 11, ne ſcilicet plus pe-
tendo malum ſibimetipſi quaſi turdus ca-
cet; poſſeſſionis tuitio perſecutióve po- Tit. 14. DE DOLO ET CONTV.
tiùs 12 quàm de proprietate diſceptatio,
maximè contra ſpoliantem 13, cõpetens Tit. 15. DE EO QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM CAVSA REI SERVAND.
atque ſufficiens aduerſus latitãtem 14 vel
aliter doloſum & cõtumacem remedium
vel prouiſio, ſiue per miſſionem videli-
cet in poſſeſſionem 15 cauſa rei ſeruandæ
(quan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Tit.* 16.
VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETVR.

*Tit.* 17.
DE SEQVESRATIONE POSSESSIONVM ET FRVCTVVM.

56
Intercurrētium quæſtionū difficultas, maximè de trāſeundo à rei vindicatione ad poſſeſſoriū iudiciū; itē de finienda lite dum alter litigantium cōtumax eſt; itē de primi ſecundiq; decreti interpoſitione.

57
Inſtructio litis pars huius libri 2ª.

*Tit.* 18.
DE CONFESSIS.

*Tit.* 19.
DE PROBATIONIBVS.

(quantumlibet alioqui lite pendente regulariter [16] nihil ſoleat innouari) ſiue per poſſeſſionum ſeu prædiorum vel rerum quarumcunque litigioſarū fructuumque ſequeſtrationem [17]. Quibus de rebus omniū quæ ſunt in hoc libro ſecundo grauiſſimis atq; ſubtiliſſimis nihil in hac tāta Synopſios Paratitlaris breuitate dici pręſtat quàm vel obſcurè vel nimis breuiter imperfectū quid adferri. quid enim difficilius diſputatione hac, an inſtituta priù rei vindicatione liceat interim ſuſpenſo hoc iudicio petitorio trāſire ad iudicium poſſeſſoriū, ſiue de adipiſcēda [a] ſiue de recuperanda [b] quæratur poſſeſſione ſiue etiam de retinenda? nam de tranſeundo à poſſeſſorio ſemel inchoato interimque ſuſpenſo ad petitorium, nulla reperiuntur vſquam exempla, nec magnā certè videtur habere rationem. quid item perplexius quæſtione de remediis finiendæ litis quando vel actor vel reus fit contumax & altera pars finē litis nihilominus vrget [d]? quidnam denique grauius cōtrouerſiis de primi ſecundíve decreti natura & loco & vi, quotieſcunque de miſſione in poſſeſſionē quęritur [e]? Secundū totius Ordinis iudiciarij membrū diximus eſſe litis inſtructionem, qua partim cōſulitur actori [f] partim reo [g]. conſulitur actori ſeu litem pro ſe inſtruit [t] actor vel per ſpontaneam Rei cōfeſſionē [18] vel per varia probationum [19] genera; aliis earū nempe ma-

iores

iores habentibus vires, aliis minores, aliis in ſubſidium dútaxat adhibitis. potiſſima vis eſt in teſtibus[20] eorúque dictis atque teſtimoniis, quæ vocantur hic atteſtationes: quos quidem teſtes propter veritatis eliciendæ iuriſque cúctis hominibus adminiſtrãdi fauorem vel inuitos etiam cogi[21] par eſt vt teſtimonium dicant, idque non in ciuilibus cauſis tantùm ſed & in criminalibus[a]. proximum in probando locum tenent inſtrumenta[22] ſeu tabulæ ſeu ſcripturę fideliter confectæ. minor eſt plerunque probandi vis in præſumptionibus[23]; quanquam & hæ ſubinde ſunt efficaciſſimæ, quando nimirum iuris eſſe dicuntur atq; de iure, contra quas in contrarium probatio non admittitur[b]; licèt contra præſumptiones alias iuris tãtùm, quantumlibet violentas, probatio nõ denegetur[c]. ſubſidiariæ demum probationis genus eſt iuſiurãdum[24]. Reus autem è contrario ſuã inſtruit cauſam variis atque multiplicibus exceptionum[25] generibus, inter quas & præſcriptionũ[26] ſunt iura. quibus defenſionibus dum reus vtitur, & ipſe ſuperioribus illis omnibus tũ cõfeſſionis aduerſarij tum probationum formis vti poterit, vt qui conſtituitur eatenus actor. Tertium atque poſtremum ordinis iudiciarij membrum ſupereſt *Litis deciſio* ſeu diremptio, quô totum tendebat vtriuſque litigantis vel ipſius controuerſiæ molimen, tanquam ad propriũ ſuum

a l. 3.5.9.11. quod eſt vlt.

b vt in c. is qui fidem. de ſpõſal. & matrim.

c vt in c. literis hoc tit.

Tit. 20. DE TESTIBVS, ET ATTESTATIONIBVS.

Tit. 21. DE TESTIBVS COGENDIS VEL NON.

Tit. 22. DE FIDE INSTRVMENTORVM.

Tit. 23. DE PRÆSVMPTIONIBVS.

Tit. 24. DE IVREIVRANDO.

Tit. 25. DE EXCEPTIONIB.

Tit. 26. DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

58 Litis deciſio, 3 pars huius libri.

Tit. 27. DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

ſuum finem; qui tandem finis obtingit per ſententiam iudicis definitiuam [27] quę in rem abeat iudicatam. vtpote quam ſecutura mox eſt executio; ſed quamdiu non abiit in rem iudicatam ſententia, locus eſt appellationi [28], quæ ſententiam cauſamq́ue totam ſuſpendit, quemadmodum facit & iudicis recuſatio ſi modò quæ iuſtæ probentur huiuſmodi recuſationis cauſæ. quo in appellationis genere cumprimis illud præclarè comparatum eſt, vt ſi quis Clericus rebus ſuis protectioni Pontificiæ commiſſis iter arripuerit Romam [29] verſus ad Pontificem, nihil in eius cauſa debeat interim innouari perinde atque ſi ſolenniter appellaſſet. Atque Pontificis quidē Confirmatio [30] quibuſlibet in rebus vtiliter impetrata plenā parit iniuſtè vexatis vel vexari metuentibus, vt ratio poſtulat, ſecuritatem. De ſententia iudicum appellationis vel confirmatoria vel infirmatoria nullum hic verbum, ne gry quidem; ſed ſola de Confirmatione ſummi Pontificis vt ſupremi Principis.

Tit. 28. DE APPELLATIONIB. ET RECVSATIONIB.

Tit. 29. DE CLERICIS PEREGRINANTIBVS.

Tit. 30. DE CONFIRMATIONE VTILI VEL INVTILI.

LIBER III.

Poſt iura perſonarum, & vniuerſam ordinis iudiciarij rationē ſatis explicatam, veniamus ad ipſa iudicia ſeu res ipſas hoc eſt cauſas & lites quæ ſolent in Eccleſiaſticum deduci forum: de Ciuilibus nunc loquor cauſis; nam de criminalibus agetur deinceps [a]. Cauſas igitur Ciuiles partim diximus eſſe ſolorū Clericorum proprias,

59 Cauſarum omniū Ciuilium partitio.

prias, vt Eccleſiaſtica beneficia [a], partim communes tum Clericis [b] tum Laïcis vt ſunt contractuum teſtamentorūque iura cum ſacrorum & ſacramentarum vſu, partim denique ſolorum Laicorum quales eſſe conſtat cauſas matrimoniales [c]. Liber hic tertius de duobus prioribus agit cauſarum generibus, quæ nimirum vel ſolos ad Clericos pertinent vel ex parte ſunt etiam Laicis communes. Attamen quia potiſſimùm Clericos concernunt pleraque omnia quæ toto hoc libro traduntur, certè principaliter, commodiùs erit ita ſermonem inſtituere in methodi vel artis oſtenſione ſeu partitione totius libri, quaſi de rebus Eccleſiaſticis & Eccleſiaſticorum ſeu Clericorum ſolis atque de vniuerſo illorum ſtatu hic duntaxat ageretur: quandoquidem quæ communia ſunt & Clericis & Laicis, ea nemo negauerit ad Clericos quoque pertinere. & verò ad Laicos non niſi obiter hic referuntur. Sed Clericorum ſeu hominum Eccleſiaſticorum duplex eſt genus; alterum eorum qui rebus quidem diuinis operantur tam ſacris faciendis & pſalmis hymniſque per ſtatas horas Deo decantandis dicendíſve quàm ſacramentis adminiſtrandis & ſacris ad populum concionibus habendis, quibus rebus vniuerſum ferè eorum officium continetur, attamen rebus ipſi ſuis atque ſeculo nō renunciauerunt, cùm idipſum & Chriſtus & Apo-

a de quibus titulis huius libri prioribus.

b de quibus reliqui ſunt omnes huius libri tituli.

c de quibus liber quartus.

60 Totius huius libri partitio.

61 Quatenus hic etiã de Laicis agatur.

62 Clericorũ ſeu Eccleſiaſticorũ duo genera.

& Apoſtoli liberũ cuique eſſe voluerint; vnde & ſeculares Clerici populariter appellantur: alterum genus eſt eorum qui ad veram & genuinam Apoſtolorum vitam propiùs accedentes omnia ſua in cõmune contulerunt, arctius quoddam & à populi fece ſegregatius vitæ genus ingrediuntur, ſeculo renunciant, atque

63 Monachi, Regulares, Religioſi, quare ſic dicti.

ſolitudines amãt; vnde Græca voce Monachorum nomẽ ſortiti ſunt & à certarum vitæ ſanctiùs inſtituendæ regularum vinculis & obſeruationibus nunc Regulares nunc Religioſi appellantur. de quo quidem vtroque hominum Eccleſiaſticorũ genere tum promiſcuè toto hoc libro agitur, tũ quædam peculiaria ſeorſum de monaſticis interſeruntur[a]. Atque vt commodiſ-

64 Tria totius huius libri membra.

ſimus ordo tractandi perſpiciatur, intelligendum eſt tria ferè eſſe quibus vniuerſus & rerum & perſonarum Eccleſiaſticarum ſtatus & ritè cõſtituatur & accuratè quaſi ad amuſſim exploretur. aut enim

1 quæritur de variis Eccleſiaſticorum[1] bonis[b] tum animi ſeu internis tum corporis tum externis, aut de iure[c] partim Ec-

2 cleſiis partim hominibus[2] Eccleſiaſticis aliunde debito, aut denique de eo iure

3 quod viciſſim[d] aliis hominibus[3] ab Eccleſia hominibuſque Eccleſiaſticis debetur. cùm nihil naturæ æquitatique magis conſentaneum ſit quàm vt qui commoda ſentiunt iidem & onera quædam ſubeant ac miniſteria ſeu officia quædã præ-

ſtent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtent. cuius quidem ſolius Ordinis ratio ex primis principiis cõſiderationis de homine deſumpta videri poteſt; nam bifariã homo conſideratur, primò nimirum per ſe ſumptus & quatenus ipſe ſecum quid agit, ſecundò vt animal ſociale ſeu quatenus cum aliis communicat; quod ipſum duobus interim fit modis, dum ſcilicet quædam ipſi præſtantur ab aliis, quędam aliis viciſſim præſtat ipſe, mutuis nempe ſic officiis humanam ſocietatem retinentibus. Hæc igitur tria hic ordine explicabuntur, vtroque hominum Eccleſiaſticorum genere tam ſeculari quàm regulari ſimul comprehenſo, attamen poſt membrum ſecundum ſingulariter ſolorũ monachorum [a] facta mẽtione. Bonorum genera cùm tria ſint, ex Ariſtotelis peripatheticorumque ſententia quæ neque noſtris improbatur, animi videlicet, corporis, & fortunæ, ſingula diligẽter per hunc totum librum conſiderantur in Clericis vel hominibus Eccleſiaſticis, quatenus nimirum legiſlator Eccleſiaſticus eorũdem bonorum rationem habẽdam eſſe ducit. ac primò quidem de bonis animi [b] pręcipuè, ſecundo de bonis etiam corporis [c], tertiò [d] de bonis fortunę vel externis agitur. Animi bona ſunt virtutes ipſæ, quas cùm in omnibus omnino ſpectemus hominibus tum præcipuè in hominibus Eccleſiaſticis qui toti populo ſe exemplũ & formam vitæ exhibere debent, requirimus;

65 Ordinis huius ratio naturalis.

66 Primi mẽbri partitio.

Tit. I. DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

a à tit. 31. vſque ad tit. 38.

b tit. primo.

c tit. 1. 2. 3. & 4.

d tit. ſequ. vſque ad 21.

mus; ſiue ſobrietatem, ſiue modeſtiā, ſiue temperantiam, ſiue benignitatē, ſiue charitatem illam verè Chriſtianā, ſiue victus habitus[a] cultus tenuitatem & mediocritatem, ſiue literarum pietatiſque ſtudium vnicum, ſiue precādi ardorem, ſiue totius denique vitę integritatem & honeſtatem & ſimplicitatem & candorē reſpiciamus. vt quorū tota vita ſicut integerrima eſſe debet, ita peculiariter ab omni ſuſpicione libidinis & turpitudinis venereæ liberrimos alienoſque ſeſe declarēt neceſſe eſt;

67 Continētia & aſſiduitas in officiis diuinis Clero neceſſariæ.

cùm nihil à puriſſimis illis & mūdiſſimis myſteriis diuinis alienius eſſe poſſit, quā polluti corporis polluta conſcientia: ſed è contrario cultus diuini perpetuitas & aſſiduitas in iis requiratur, eaque feruentiſſima. quamobrem quod ad bona quoque corporis attinet hæc duo quæ modò dixi, continentia ſeu ab omni veneris vſu abſtinentia, & prætereа in diuinis officiis aſſidua præſentia ſeu reſidentia quæ dicitur corporalis atque perſonalis, ab ipſis poſtulantur. continentiam dico tantam, vt ne cohabitatio [2] quidem Clericorum & mulierū ferenda ſit, niſi tales fortè ſint mulieres in quas turpior ob ętatem nulla ſuſpicio cadat. adeò vt ne legittima quidem coniunx [3] ante ſuſceptos ordines ſacros ducta retineri poſſit ad vſum coniugalem, ſed continētiam vouere ſit neceſſe ſecundum & Diui Pauli [b] pręceptum volentis Epiſcopum inter cæteras virtutes

Tit. 2. DE COHABITATIONE CLERICORVM ET MVLIER.

Tit. 3. DE CLERICIS CONIVGATIS.

eſſe continentem (ἐγκρατῆ; quod peſſimè *temperantem* vertit Eraſmus, optimè *continentem* vetus interpres)& Canones [a] Apoſtolicos & ius Eccleſiæ Catholicę Romanæ perpetuum [b]: quantúlibet Eccleſia Græca ſchiſmatibus dedita vſum coniugalē non vetuerit in vxoribus ante ſacros ordines ductis: nam in vxore non ducēda poſt ordines ſemel ſuſceptos, ab Eccleſia Romana nunquam diſſenſit Græca. qua de re quoniā nos inter Antiquitates Eccleſiaſticas accuratè ſatis tametſi breuiter diximus [c], non eſt quòd hic ſimus lōgiores. certè ſi Clerici rebus vxoriis atque familiaribus & proletariis implicentur, vix eſt vt Eccleſiam ſint magnopere curaturi vel in ea vel in ſuis officiis aſſidui futuri. ne quid interim vel de periculo rerum Eccleſiæ ſubtrahendarū vel de contrectatione ſacrorum ſacramentorumque polluta & indigna ſuperaddamus. ac in Clericos quidem non reſidētes + & variç ſunt & graues pœnæ meritò cōſtitutę. De bonis tum animi tum corporis hæc hactenus eſſe dicta ſuffecerit, de totius nimirū vitæ moderatione & honeſtate, de caſtitate deque continentia corporis quoque (reiecta ſcilicet omni tū ſcortatione tum vſu coniugali) atque poſtremò de corporali & perſonali in Eccleſia & officiis Eccleſiaſticis præſentia: nunc de fortunę ſeu externis dicendum reſtat bonis. hæc ergo penes homines Eccleſiaſticos duorū poſ-

[a] Can. Apoſt. 27.

[b] c. cùm olim. hoc tit. et c. 1. & ſeqq. diſt. 28. & alibi paſſim.

[c] ad c. 1. de teſtam. nu. 97. cum ſeqq. in Syntagmate de iure prouētuum Eccleſiaſticorum.

68 Eraſmi verſio noui Teſtamenti praua.

69 Cœlibatus Clericorū.

*Tit. 4.* DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLESIA VEL PRÆBENDA.

70 Trāſitio ad fortunę bona Clericorū quę duorū ſunt generum.

ſunt eſſe generũ; vel enim ſunt merè Eccleſiaſtica vel partim Eccleſiaſtica partim patrimonialia. de bonis merè Eccleſiaſticis [a] itaque primò ſeorſum dicetur, deinde de vtriſque [b] ſimul. Diſtinctione ſcilicet ſemper adhibita quæratúrne de bonis ipſis Eccleſiæ perpetuis ( vt fundis atque prædiis & aliis quibuſcunque prouentuũ annuorum nomine non comprehenſis) an verò de ſolis prouentibus, qui cedunt Eccleſiæ miniſtris. vtrorumque tamẽ bonorum & Eccleſiaſticorum & patrimonialium conſideratio circa duo ferè verſatur; quorum alterum conſiſtit in iis adipiſcendis & adquirendis, alterum in iiſdẽ adminiſtrandis regendis diſponendis. de bonorum merè Eccleſiaſticorũ ſeu adeptione [c] ſeu adquiſitione dicamus priùs, mox deinceps dicturi de eorũdem diſpoſitione [d]. In adipiſcendo hæc duo potiſſimùm ſpectãtur, bonorum videlicet ipſorum conditio, atque titulus. cõditionem bonorum Eccleſiaſticorum voco, naturã tum ipſis inhærentem tum quatenus eorum quis poſſit eſſe capax. vt ecce, naturæ inhærentis eſt, multiplex ipſorum diſtinctio in varias qualitates atque cõditiones tum præbẽdarum tum dignitatum [5] tum aliorum quorumcunque beneficiorũ Eccleſiaſticorum; quæ quidem & præbendę & beneficia vnde & originẽ ſumpſerint & nomen ſuum traxerint in Antiquitatibus Eccleſiaſticis copioſè docuimus [e]: capaci-

*Tit. 5.* DE PRÆBEND. ET DIGNITAT.

a pacitatis eſt, exempli gratia, ne quis plura
c. de multa. de preb. temerè [a] conſequatur beneficia, néve vel Tit. 6.
morbus [6] vel infirmitas aliáve debilitatio DE CLERI-
cuipiam graue aliquod pariat præiudiciũ CO ÆGRO-
in fructibus ex beneficio quocunque ſe- TANTE
mel Canonicè ritéq; adquiſito percipien- VEL DEBI-
dis. id quod hoc loco duntaxat obiter per LITATO.
occaſioně capacitatis in adipiſcendo, po-
ſitum fuiſſe putemus. In titulo beneficij
b (qui quinam ſit & vnde dicatur in iiſdem 71
i Syntagmate de iure prouentuum Eccleſiaſt. in c. 1. de teſtam. num. 16. & ſeqq. vſq 33. per nos traditum [b] fuit Antiquitatibus) De titulo
quattuor pręcipuè ſpectãtur; vnde naſca- beneficiali
tur [1], in quibus beneficiis [2] & quando pri- quęſtio qua
mùm conſtitui & oriri poſſit quibus nõ, druplex.
quinam eius conferendi dandive poteſta- 1
te [3] ſint præditi, quomodo [4] conferatur. 2
Naſcitur titulus ex collationibus & inſti- 3
tutionibus [7]; conferuntur beneficia, de 4
quibus titulus eſt *de præbendis & dignitati-* Tit. 7.
*bus*; inſtituuntur perſonæ, hoc eſt ritu Ca- DE INSTI-
nonico in Eccleſiæ cuiuſpiam vel altaris TVTIONIB.
album ſeu matriculam admittũtur ſeu re-
cipiuntur; quemadmodũ è contrario qui
rurſus ex eo albo reijciuntur deſtitui di-
cuntur. opponuntur nempe duo hæc, in-
ſtituere & deſtituere, inſtitutio & deſti-
tutio. Cõſtituitur titulus in beneficiis vel Tit. 8.
c Eccleſiis tantùm vacantibus [8], idque dun- DE CON-
c. 2. hoc tit. taxat intra certum tempus iure definitũ [c]. CES. PRÆB.
Poteſtas tituli conferendi nunc penes Ec- ET ECCL.
cleſiæ Prælatos eſt ordinario iure ſolos, NON VA-
nunc etiam coniũctim penes & Prælatos CANTIS.
& Capitula. ſi ſolus Prælatus habeat ius,

*Tit.* 9. NE SEDE VAC. ALIQVID INNOVETVR.

eo mortuo vel aliter ſede vacāte[9], beneficiorũ interim vacantiũ prouiſio reſeruatur ſucceſſori; ne quid ſcilicet innouetur ſede vacāte: ſin & Capitulũ ius inſtituendi habeat vnà cum Prælato, ſine conſenſu eiuſdem Capituli nihil temere ſtatuere[10] debet Prælatus. Nam regulariter[11] in rebus omnibus (nõ tantùm beneficialibus) vel ad ſolũ Capitulum vel cõmuniter ad Prælatũ & Capitulũ pertinẽtibus, id obtinet & iuris eſt & robur habet, quod maiori placuit parti. quartò poſtremóque quod attinet ad cõferendi tituli modum, generaliter tenendum eſt, beneficia integrè[12] & plenè citra vllã diminutionẽ eſſe conferenda. De bonis merè Eccleſiaſticis adipiſcẽdis hæc hactenus; de regẽdis iiſdẽ nihil aliud in præſentia dicetur quàm res ipſas Eccleſiæ, principaliter immobiles, nõ niſi grauiſſimis de cauſis & ſingularibus quibuſdã ſolennibus[a] interuenientibus alienari poſſe[13]; licèt in emphyteuſin[b] nõnullæ dẽtur, & precariæ[14] quę dicuntur in ſuo genere non denegẽtur. quale ius plerunque donatoribus ipſis pro ſe ſuiſque ſolet heredibus in perpetuũ concedi in prędiis à ſe donatis Eccleſiæ, ſic tamẽ vt ſingulis quinquẽniis[c] contract⁹ huiuſmodi renouetur. Nõ illepidi ſunt quãtũlibet illotiores Hoſtiẽſis verſiculi quadãtenus ænigmatici quibus inter hæc tria precarias, precariam, precariũ, diſtinguit.

*Tit.* 10. DE HIS QVÆ FI. A PRÆLATO SINE CONSEN. CAP.

*Tit.* 11. DE HIS QVÆ FI. A MAIORI PART. CAP.

*Tit.* 12. VT ECCLESIAST. BENEF. SINE DIMINVT. CONFERANTVR.

72 De bonis Eccleſiaſt. regendis.

*Tit.* 13. DE REBVS ECCLESIÆ ALIENAN. VEL NON.

*Tit.* 14. DE PRECARIIS.

73 Verſiculi quidã Hoſtienſis.

*Riæ, Ria, Riũ, tria ſunt quibus eſt caput vnũ:*

Ria

*Riæ ſunt ſolitæ poſt ſingula luſtra renaſci;*
*Ria fit ad mortem, nec citra vult reuocari:*
*Rium finitur tunc quando vult ſuus auctor.*
quanquã Cuiacius [a] hęc duo, precarias & [a] Cuiac. lib. 1. de feud. tit. 5.
precariam, cõfundit. Poſt explicatum ius
bonorum fortunæ ſeu externorum merè
Eccleſiaſticorum, videamus nunc de eo-
rundẽ bonis partim Eccleſiaſticis partim
patrimonialibus, idq́; indifferẽter ſiue de
iis adipiſcẽdis fuerit quęſtio ſiue de regẽ-
dis adminiſtrãdis diſponẽdis. Igitur horũ 74 Triplex inſpectio bonorũ partim Eccleſiaſticorum partim patrimonialium.
tractatio triplicẽ habet inſpectionẽ: aut
enim de cõtractibus [1] agitur, aut de dona-
tionibus [2] quę tamen contractuũ quoddã
ſunt genus, aut denique de ſucceſſione [3]
poſt mortẽ. quæ tria licèt potiſſimũ bo-
nis patrimonialibus vel iis quæ quodam- 1
modo patrimonialiũ ſunt inſtar (vt ſunt 2
annui prouẽtus ex beneficiis Eccleſiaſti- 3
cis percepti, de quibus peculiare ſcripſi-
mus & edidimus iam Syntagma) conue-
niãt, merè tamen Eccleſiaſticorũ ſubinde
fit in illis quoque mẽtio. De contractibus 75 De contractibus trifariã quęri.
trifariã quæritur; primò [1] de contractibus
ipſis ineundis & inter ſe diſtinguẽdis, ſe-
cũdò [2] de contractuũ eorundẽ acceſſioni- 1
bus, tertiò [3] denique de iiſdẽ diſſoluendis 2
atque finiendis. Contractus ipſi duorum 3
ponuntur hic generum; alij enim Nomi-
nati dicuntur, alij anonymi id eſt inno-
minati. Nominati aut re fiunt aut conſen-
ſu; nam de contractibus qui verbis aut
literis fiunt nihil ius Pontificium ſingu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lariter tradit legibus contētum ciuilibus. Re fiunt Commodatum [15] & Depoſitum [16]; de Mutuo enim et de Pignore vnde actio naſcitur pignoratitia hoc loco non agitur. Conſenſu fiunt Emptio [17] & Venditio; Item Locatio [18] & Cōductio: de ſocietate enim deq́ue mandato in hoc libro nihil. Anonymi ſeu innominati cōtractus ſunt qui ſpeciali nomine carent, quantúlibet vel generale nomen habeant vt Permutatio [19], vel nomen barbarum ſortiãtur vt Feuda [20], vel circumlocutione quadam deſignētur, quales eſſe liquet hos quattuor, *do vt des, do vt facias, facio vt facias, facio vt des*, de quibus nihil in iure hoc Pontificio peculiariter. Acceſſiones contractuum ſunt pignora [21] & aliæ cautiones inter quas ſunt & fideiuſſiones [22]. Diſſoluũtur cōtractus variis modis, quorum potiſſimus eſt ſolutio [23]. De donationibus hic agitur ſeorſum ſiue de rebus quæratur [24] patrimonialibus ſiue de rebus peculiaribus [25] id eſt de rebus intuitu Eccleſiæ ſeu per Eccleſiã vel pecunia beneficiali ſimilive quæſitis partis & comparatis. Succeſſio fit bifariam, vel ex teſtamento [26] nimirũ vel ab inteſtato [27]. Abſoluimus primũ totius huius libri membrum quod erat de bonis hominum Eccleſiaſticorum tum animi tum corporis tum fortunæ; ſequitur nunc mēbrum ſecundum de iure quod Eccleſiis & hominibus Eccleſiaſticis à reliquo populo laico de-

Tit. 15. DE COMMODATO.
Tit. 16. DE DEPOSITO.
Tit. 17. DE EMPT. ET VEND.
Tit. 18. DE LOCAT. ET COND.
Tit. 19. DE RERVM PERMVT.
Tit. 20. DE FEVDIS.
Tit. 21. DE PIGNORIB. ET ALIIS CAVTIONIBVS.
Tit. 22. DE FIDEIVSSORIB.
Tit. 23. DE SOLVTIONIBVS.
Tit. 24. DE DONAT.
Tit. 25. DE PECVL. CLERICOR.
Tit. 26. DE TESTA. ET VLT. VOLVNT.
Tit. 27. DE SVCCES. AB INTES.
76 Secundũ totius huius libri membrũ de iure Eccleſiaſticis debito.

co debetur. quod quidem ius præcipuè quattuor in rebus cõſiſtit, Sepulturis nimirum, Decimis, Primitiis, & Oblationibus. Sepulturarum[28] ius illi debetur Eccleſiæ in qua quiſque cœleſti pabulo reſici conſueuit, vt Leo tertius Pontifex ait[a]. quamobrẽ ſi quis alibi quàm in propria parœcia ſepeliri malit, propriæ nihilominus Eccleſiæ cedere debet vel media vel tertia vel quarta vel alia demum quotacunque (pro cuiuſque loci cõſuetudine[b]) pars eius quod animæ ſuæ intuitu relinquit Eccleſię in qua vel iuxta quam ſepelitur. ſingulis enim parœciis[29] ſuum ſeruandum eſt ius; ſiue de ſacrorũ ſacramentorumq́ue adminiſtratione participatione q́ue ſiue de ſepulturis ſiue de ſuſcipiendis ordinibus[c] Eccleſiaſticis ſiue de alia quacunque demum re agatur. extenditur nempe parœciæ ſignificatio frequẽter ad integræ diœceſios comprehenſionẽ. Decimæ[30] debebantur iure Moſaico[d] Leuitis, debenturq́ue nunc & quidem[e] lege diuina etiã in Eccleſia Chriſtiana de cunctis[f] omnino prouentibus Clero ſeu Eccleſiæ miniſtris; prædiales quidem illi Eccleſiæ vbi res ipſæ ſitæ[g] ſunt, idq́ue abſq; deductione prorſus vlla[h] vel ſumptuum vel etiam ſeminis terræ commiſſi; perſonales verò, vbi ipſæ perſonæ res diuinas participant, ſed ſumptibus deductis[i]. pulcherrimeq́ue dictum fuit ab Innocẽtio[k] tertio poſt Diuum Auguſtinum[l], ſaltem



Tit. 28. DE SEPVLTVRIS.

Tit. 29. DE PAROECIIS ET ALIENIS PAROECIANIS.

77 Parœciæ ſignificatio plenior.

Tit. 30. DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS.

78 Decimarũ genera plura.

a c.1. hoc tit.
b c. certificari. hoc tit.
c c.3. hoc tit.
d num. 18.
e c. parœcianos. et c. in aliquibus. 10 §. hoc tit.
f c. tua nobis. 26. hoc tit.
g c. quoniam. c. ad apoſtolicæ. c. paſtoralis. c. cum cõtingat. hoc tit.
h d. c. tua nobis. hoc tit.
i gloſſ. d. c. ad apoſtolicæ. et d. c. paſtoralis.
k d. c. tua nobis. hoc tit.
l c. decimæ. 16. q. 1.

pro parte, decimas eſſe tributa egentium animarum, Deo debitas in ſignũ vniuerſalis dominij atque Clericis ab ipſo Deo pro ſuo cultu cõceſſas. An autem & quatenus decimæ debeãtur, locupletato præſertim iam Clero, luculenter (vt omnia) diſputat ipſe D. Thomas [a] aliique tum Theologi tum Doctores Pontificij, quéadmodum & Summiſtæ qui dicũtur.

79 An & quatenus debeãtur Decimæ.

Primitiæ lege Moſaica non integræ quidem debebantur ſed quantum cuiuſque pietas ex iis dare vellet [b], idque in aridis & liquidis: in pecudibus verò, primogenitum ſignificari poteſt nomine primitiarũ: quod quidem primogenitum in memoriã perditionis primogenitorum Ægyptiorum Deus ipſe ſibi ſanctum eſſe voluit tam ex hominibus quàm ex reliquis animãtibus; ita tamen vt homines redimerẽtur [c]. Iuris deinde Pontificij noſtri id eſt Chriſtiani interpretes primogenitũ ex animantibus non omne quidem deberi Eccleſiaſticis voluêre, ſed alij duntaxat vnũ ex ducentis alij verò vnum è cẽtum.

80 Primitiarũ ius.

Deus certè optimus maximus tum in lege Moſaica [d] tum in Prophetis [e], decimarum & primitiarũ ſolutionem Leuitis diligẽtiſſimè fieri iubet. quãdoquidem tribus illa Leuitica nihil bonorum aliud vel certè parum poſſidebat; vbi reliquæ omnes totius Iſraëlitici populi tribus portionẽ quæq; ſuam ex diuiſione terræ Paleſtinæ ſibi deſtinatã & aſſignatam ſortiebantur. Iuris eſt autem natu-

81 Decimarũ primitiarumq; ſolutio quatenus iuris diuini quatenus humani.

naturalis atque diuini, mercede ſua dignũ
eſſe operarium; licèt quantitatis pro la-
boribus debitę moderatio ſit iuris huma- 82
ni. Sequũtur Oblationes Deo pro Clero Oblationes
vel Eccleſia factę; quę propterea Laïcis in laïcis con-
ſeculo remanentibus concedi prohiben- cedi prohi-
tur [a] æquè atque vel decimæ vel Eccleſiæ bentur.
ipſæ. nam vix aliud vllum reperitur hoc
toto titulo verbũ de Oblationibus. Hinc
mox tranſiremus ad membrum totius li-
bri tertium, de iure quod aliis viciſſim de-
bent Eccleſiæ vel homines Eccleſiaſtici, 83
niſi priùs nonnulla ſeorſum de monachis Cur hic de
eorumque rebus, quemadmodũ ſuperiùs monachis.
monebatur, interſererẽtur. De monacho- 84
rum ergo rebus hîc agitur trifariam, ſicut Trifariã de
& antea de bonis hominum Eccleſiaſti- monacho-
corum in genere dicebatur; primò enim rum rebus hic agi.
de qualitate 1 monachorum principaliter 1
interna ſeu bonis [b] internis, deinde de bo-
nis 2 horum etiã corporis [c], poſtremò de- 2
nique de bonis ac rebus externis [d] 3 eo- 3
rũdem tractatur. In bonis monachorum
internis duo præcipuè conſiderãtur, ſiue
quæratur de monachis admittẽdis & re-
cipiendis, ſiue de iiſdem in officio poſtea
retinendis; Qualitas perſonarum ſcilicet Tit. 31.
& Votum. Qualitatis inſpectio 3 1 multa DE REGV-
reſpicit, ac inter cætera deuotionẽ quan- LARIBVS
dam religioſam & varia virtutũ exercen- ET TRANS-
darum genera, reſpectu ſemper habito tũ EVNTIBVS
ætatis tum conditionis & ſtatus eorũ qui AD RELI-
recipi poterint. nam ad hoc vitæ genus GIONEM.
admit-

a c. quàm 17. hoc tit.
b tit. 31. 32. 33. 34.
c tit. 35.
d tit. 36. et 37.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tit. 32. DE CONVERSIONE CONIVGATORVM.

admittuntur non ſoli cœlibes, verumetiã coniugati 32 ſi modò vel mutuo fiat id cõſenſu poſt matrimonium cõſummatum, vel etiam altera [a] parte inuita ante matrimonium conſummatum ſeu corporum coniunctionẽ quæ copula carnalis in hiſce libris paſſim dicitur.

Tit. 33. DE CONVERSIONE INFIDELIVM.

nõ aliter 33 quàm ex Ethnicis vel Iudęis vel aliis quibuſcunque infidelibus (id eſt qui Chriſtianam fidem nondũ ſuſceperunt ſeu Chriſto nondum dederunt nomen) cõiugatis alter inuito altero fidem Chriſtianam liberrimè poteſt amplecti.

85 Cur hic eadem re.

Ratio nẽpe coniunctionis horum duorum de coniugatis titulorum ſola fuit libertatis paritas, hîc in ſuſcipiendo Chriſtianiſmo, illic in ſuſcipiẽdo monachiſmo: quãdoquidem conuerſio alioquin infidelium nihil ad hunc de monachis rebuſque monaſticis tractatũ.

Tit. 34. DE VOTO ET VOTI REDEMPT.

Votis adſtringuntur omnes 34 monaſticã vitam profeſſi potiſſimùm tribus principalibus quæ & ſubſtantialia idcirco dici ſolent, obedientię nimirum, continentię, paupertatis id eſt abdicationis proprij. De votis igitur hic in genere votorumq; nonnullorum frequẽter in alias quaſdam res pias ( veluti ieiunia vigilias orationes eleemoſynas) commutatione cõſtituitur. omnibus omnino votis aliis in religionis id eſt vitæ regularis votũ commutari valentibus [b] propter monaſtici ſtatus excellẽtiam [c] & ſublimitatem atque adeo vitæ quaſi Angelicæ imitationem. Ad corporis

Tit. 35. DE STATV MONACHO. ET CANONICORVM REGVLAR.

ris[35] maximè bona referuntur, habitus, id eſt veſtitus, cibus, quies, vigilię, ſilentium, cæteraque cuncta ad officium totumque ſtatū & monachorum & regulariū quorumcumque nominatim in corpore relucentem (licèt ad animos piè componendos procul dubio relatum) pertinentia.

Tit. 36. DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT EPISC. SINT SVBIECTÆ.

Tit. 37. DE CAPEL. MONACHORVM ET ALIORVM RELIGIOSORVM.

De rebus externis eorundem duo proponuntur capita; alterum de iuriſdictione in ipſorum cæteraſque cunctas religioſas & pias domos, vt hæ nimirū Epiſcopo ſubiectæ[36] ſint; alterum verò, de eorundem Capellis[37] quæ dicuntur. Supereſt vt iam tandem properemus ad tertiū ac poſtremum totius huius libri membrum, quod iura complecti diximus ab Eccleſia vel hominibus Eccleſiaſticis viciſſim debita, quibus videlicet vt ac tanquam oneribus obſtringuntur. Hæc igitur iura tribus potiſſimùm in rerum generibus conſiſtunt;

86 Tertiū totius huius libri membrū de iure quod Eccleſia vel Clerici viciſſim debēt aliis tū Laicis tum Clericis.

87 Triplicis hoc eſſe generis.

a tit. 38. b tit. 39. c tit. omnibus reliquis vſque ad finem libri huius tertij.

in agnitione nimirum patronorum[1] vel ipſius patronatus[a], in præſtatione[b] cenſuum[2] & exactionum & procurationum, in obeundis & exhibēdis miniſteriis[3][c] diuinis Chriſtianæ religioni propriis atque peculiaribus, omnique (vt ſummatim & rotundè dicatur) ſuo erga reliquum populum Chriſtianū ad cœleſtia regna traducendum officio rectè faciendo.

1
2
3

patronos hoc loco principaliter dicimus illos qui vel Eccleſiam vel altare in ea aliquod ſuis primùm ſumptibus erexerunt[38] vel certa beneficia Eccleſiaſtica condiderunt & in-

Tit 38. DE IVRE PATRONATVS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& inſtituerunt ſeu fundarũt vel fundum ſimiles in vſus dederũt; quô vulgatus pertinet iſte verſiculus.

*Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.*

qualibus propterea patronis ius quoddã debetur, tum præſentandorum Clericorum in eadẽ beneficia per ordinarios collatores inſtituendorum, tum percipiendorum per ipſos patronos alimentorum ſi fortè ad inopiam redigãtur, tum tenendi tuẽdique primi in proceſſionibus quæ dicuntur Eccleſiaſticis loci.

Tit. 39. DE CENSIBVS, EXACTIONIB. ET PROCVRATIONIB.

Cenſuum 39 titulo certæ penſiones annuæ debentur Prælatis Eccleſiaſticis ex Eccleſiarum ſibi ſubditarum prouẽtibus, tum cathedratici tum ſynodatici [a] quod vocatur nomine tum aliis de cauſis ad annuũ quid pẽdendum ſemel probatis. Exactiones præterea quaſdam tẽporarias at moderatas pro re nata rebusq́ue ſic neceſſariò poſtulãtibus Eccleſiæ prelatus à Clero ſibi ſubiecto liberè poteſt exigere, quo publicis vtilitatibus conſulatur. In viſitationibus denique faciendis liberaliter & honeſtè curandus & excipiendus eſt à Clericis ſibi ſubiectis Epiſcopus vel alius etiam Prelatus viſitandi ius habens; ne ſuis ipſe ſumptibus laboret pro ſalute communi. procurationes hinc appellatæ ſunt ſumptuũ illorum curando & excipiendo ſic Prelato per Clericos collatorum cõfectio. De diuinis miniſteriis & omni officio clericorũ ſeu hominum Eccleſiaſticorũ conſtituen-

a tit.40. ſtituenti priùs videndum eſt de loco a in
b quo principaliter illud exerceri conuenit,
tit. reliquis vſq; huc. poſteriùs de ipſo officio b. Ad locũ quod
attinet, pręclarè comparatum fuit iam in-
de ab Eccleſiæ Chriſtianæ primordiis, vt
ad cultum Dei peragendum myſteriaque
diuina participanda locus aliquis Deo de-
dicatus atque ſolenniter per Epiſcopum *Tit. 40.*
conſecratus 40 deſtinaretur (qui locus & DE CONSE-
ipſe nomen Eccleſię meruit) & illic altare CRATIONE
ſummo & immortali Deo ſacrificiis offe- ECCLESIÆ
rendis erigeretur. qualia loca ſi fortè pol- VEL ALTARIS.
luantur, non per alium quoque quam per 88
c c. penult. hoc tit. Epiſcopum recõciliari c par eſt. Ipſum of- Polluti loci ſacri reconciliatio.
ficium Clericale vniuerſum rebus hoc lo-
co ſeptem longè maximis continetur; di- 89
uinorum 1 officiorum per ſeptẽ diuerſas Officium Cleri ſeptẽ
horas diei diſtinctorum perſolutione, ſa- præcipuè
crificij 2 Chriſtianorum vnici ſacroſanctæ rebus contineri.
d tit.41. videlicet Miſſę peractione percelebratio-
neque d, ſacramentorum 3 adminiſtratio- 1
e d.tit.41. & 42.43.44. ne e, traditione f doctrinæ 4 Chriſtianæ de 2 3
rebus omnibus ad ſalutem pertinẽtibus, 4
f tit.45.46.47. Eccleſiarũ ſeu templorũ 5 tum ædificãdo- 5
rum tũ reparandorũ cura g, aſyli 6 præbi- 6
g tit.48. tione h, poſtremo deniq; vitę toti⁹ ab hoc
h tit.49. ſeculo rebuſq; ſecularibus i 7 omnibus a- 7
lieniſſimæ exẽplo. Verùm, dicamus ordi-
i tit.50 et vlt. ne de ſingulis hiſce 7 capitibus ad ipſum-
met hominũ Eccleſiaſticorũ officiũ per-
tinẽtibus; ac primò de ſeptẽ horarum ſeu
diuinorum officiorũ per 7 horas diſtin-
ctorũ perſolutione. licèt enim tria priora
ſub

Tit. 41. DE CELEBRATIONE MISSARVM ET SACRAMENTO EVCHARISTIÆ ET DIVINIS OFFICIIS.

ſub vnum cœperint conijci titulum 41, & quidem de diuinis officiis vltimo loco, tamen & in ipſo tituli contextu de diuinis agitur officiis omniũ primò & ordo tum rerum peragẽdarum tum doctrinæ ſeu methodi ſic inſtituitur cõmodiùs vt eum modò ponebamus.

90 Septẽ horarum Eccleſiaſticarum ratio.

Diuinorũ igitur officiorum per ſeptẽ horas diſtinctorum perſolutio partim nititur exemplo Regis atq; prophetæ Dauidis qui ſepties in die [a] laudem Deo dixit, partim cõmoditate partitionis præcipuorum capitum hiſtoriç paſſionis Chriſti meditationiſq; de capitibus iiſdem quotidie per hominẽ verè Chriſtianũ ac maximè per viros Eccleſiaſticos id eſt Clericos inſtituendæ.

91 7. præcipua Capita hiſtoriæ Paſſionis IESV Chriſti.

Nam iuxta veteres cuiuſdam verſiculos,

92 Verſus huc pertinẽtes.

*Hæc ſunt ſeptenis propter quæ pſallimus horis.*
*Matutina ligat Chriſtũ, qui crimina purgat;*
*Prima replet ſputis; causã dat Tertia mortis;*
*Sexta cruci nectit; latus eius Nona bipertit;*
*Veſpera deponit; tumulo Completa reponit.*

93 Miſſæ inſtitutio, ipſius Chriſti.

Miſſarũ celebratio ſeu ſacrificij Chriſtianorum oblatio tremẽdis plena myſteriis à Chriſto Domino diuinitùs inſtituta, formam quoque verborum ſicut in ipſo Canone Miſſæ reperitur ab ipſo Chriſto creditur accepiſſe: traditione ſic habente, ab ipſo Chriſto Apoſtolos & ab ipſis eorum accepiſſe ſucceſſores, vt Innocentius tertius atteſtatur [b]. nullus ergo mortaliũ ipſius ſubſtãtiæ Miſſæ fuit auctor, ſed ſolus Chriſtus. de vocabulo Miſſæ & eius

94 Canõ Miſſæ formam verborum habet ab ipſo Chriſto.

antiqui-

antiquitate peculiare dedimus alibi Syntagma. Sacramentorum tractatus hoc loco perbreuis eſt, ſacrificio miſſæ ſacramẽtum Euchariſtiæ ſemper in ſeſe comprehendente. quo factum fuit vt & vno eodemque titulo de illis hic ageretur. E ſacramentis omnium ordine naturæ primũ Baptiſmus[42] eſt, per quẽ Chriſto nomen damus; vtpote ſine quo Chriſtianus fieri nemo poteſt, multoque minus ordinari presbyter[43], deficiẽte nimirũ characteris presbyteralis imprimẽdi capacitate. quanquam ſi quis Chriſtianis parẽtibus ortus ignorauerit an fuerit baptizatus nec ne, ſacerdos fieri non prohibetur vel iam factus fungi munere ſacerdotali, cùm præſumptio ſit hîc violenta baptiſmũ interueniſſe; quæ tamen præſumptio probationem in contrarium admittit. Quid ergo vel de ſalute talis presbyteri fortè iam defuncti vel de adoratione Miſſas illius audientium ſentire debemus? bona fides vtrobique pro veritate reputabitur[a], nõ apud homines tantùm ſed & apud benigniſſimum Deum. quod magnum eſt in Eccleſia Chriſtiana ſolatium cunctis fidelibus. Ac vt in omnem ſubitam neceſſitatem præſens & parata ſit & horũ & aliorum ſacramẽtorum participandorũ commoditas[44], & vt prẹterea mundiore ſuppellectili ſemper adminiſtrẽtur, iure cautum fuit vt & Euchariſtia & Chriſma fideliter ſub ſigno cuſtodiãtur, ac vt omnia

y Eccle-

Tit. 42. DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

Tit. 43. DE PRESBYTERO NON BAPT.

95 Bona fides de baptiſmo ſuſcepto ſufficit ad ſalutem etiam non baptizatis.

Tit. 44. DE CVSTODIA EVCHARISTIÆ, CHRISMATIS, ET ALIORVM, vel veriùs (vt legendũ puto) SACRORVM.

a c. 2. hoc tit. cum ſua gl. ſ.

Eccleſiæ tum vaſa tum veſtiméta tum reliqua ſuppellectilia ſacra mundè conſeruentur[a] & à ſordibus præſertim horridioribus immunia. videtur autem in hac Rubrica vel eſſe legendum ET ALIORVM SACRORVM id eſt rerum ſacrarum ſeu conſecratarum & dedicatarum Deo, vel SACRAMENTORVM vox id eſt SACRORVM interpretanda. nec enim de rebus vllis aliis hoc toto titulo tractatur quàm de Euchariſtiæ Chriſmatiſq́ue cuſtodia, deq́ue ſacrorum ſuppellectilium munditia. Doctrinę Chriſtianæ traditio plurimis quidem diuini verbi capitibus continetur, at hoc loco duntaxat oportebat cõſtitui quidnam de reliquiis ac veneratione Sanctorum, de ieiuniis, de purificationibus muliebribus, Chriſtianũ populum ſentire conueniret. De reliquiis igitur & veneratione Sanctorum id ſalubriter 45 ſtatutum eſt, vt quoniã ſæpe maximus hac in re ſolet abuſus conſpici, neque paſſim huiuſmodi reliquię vel oſtendantur vel vllo modo vendantur, neque quiſquam mortalium pro Diuo colatur niſi qui priùs à ſummo Pontifice Sanctorum catalogo propter miracula comprobata fuerit aſſcriptus vel canonizatus.

*Tit. 45.* DE RELIQ. ET VENERAT. SANCTORVM.

*Tit. 46.* DE OBSERVATIONE IEIVNIOR.

Ieiunia 46, ſiue tẽporis quadrageſimalis, ſiue quattuor anni cuiuſque temporũ, ſiue Vigiliarum quę dicũtur, ſiue alia quęcunque, ita ſunt inſtituta vt ægrotãtes eorum lege ſeu vinculo, neceſſitate ſic poſtulãte, ſemper

ſemper ſoluendi ſint ſi petant. Purificatio
a muliebris 47 poſt partum licèt lege Mo- Tit. 47. DE PVRIFICAT. POST PARTVM.
Leuit. 12. & 15. ſaica [a] fuerit introducta, lege tamẽ Euan-
gelica Chriſti ceſſare cẽſetur: vnde mulier
b mox à partu templum ingredi nõ prohi-
c. vnico. hoc tit. betur [b]. quanquam ſi ex veneratione vo-
luerit aliquamdiu abſtinere, deuotio illa
c non eſt improbanda. Eccleſiarum 48 tum Tit. 48. DE ECCLE. ÆDIFICAN. VEL REPARANDIS.
c. de his, hoc tit. ædificatio [c] tum reparatio [d] incũbit illis
d potiſſimùm qui vel tanquã rectores ipſis
c. 1. hoc tit. præſunt vel alioqui beneficiũ in illis Ec-
cleſiaſticũ habent. adeo vt etiãſi Prælatus
iurauerit ſe non alienaturum res Eccleſię,
e nihilominus tamẽ ſi populus pluribus in-
c. vlt. & c. 3. hoc tit. digeat Eccleſiis liberrimè [e] poſſit in hunc
vſum pecunias & res Eccleſiaſticas con-
f ferre. quo fit vt & leproſis [f] numero plu-
c. 2. hoc tit. ribus Eccleſia peculiaris extrui debeat &
ſacerdos proprius dari quantumlibet per
hoc aliarum illic exiſtẽtium Eccleſiarum Tit. 49. DE IMMVNITATE ECCLESIARVM, COEMITERII, ET RERVM AD EAS PERTINENTIVM.
prouentus imminueretur. Aſylum 49 prę-
bent generaliter omnes Eccleſię cum ſuis
etiã cœmiteriis, nã cùm talia loca ſingu-
lariter Deo religioniq́; dicata ſint, meritò
g tale præſtãt omnibus ad ipſa cõfugienti-
c. inter alia. hoc tit. bus beneficiũ vt illic ſint à periculis [g] li-
h beri, niſi fortè quis ipſamet violauerit [h]
c. vlt. hoc tit. loca vel alioqui publicus [i] extiterit latro
i vel nocturnus depopulator agrorũ. Aſy- 96 Aſylum quid.
d. c. inter alia. lũ & cœmiteriũ voces Grecæ ſunt, quarũ
illud vel à nõ abſtrahẽdo vel à non violã-
do dici cõſtat, hoc à dormiẽdo vt in quo 97 Cœmiteriũ vnde dictũ.
corpora humana non tam dicũtur iacere

mortua quàm ad tempus dormire, cùm in extremo iudicio reſurrectura ſint atq; in æternum vnà cum ſuis animabus quæ quaſi poſtliminio quodam lætiſſimo & admirabiliſſimo tandem in ipſa reuertentur victura. Præter hoc ius Aſyli debent & hoc Eccleſiaſtici ciuitatibus in quibus degunt, vt cũctis aliis hominibus pro defenſione murorũ vigilantibus & ipſi non excuſentur [a] à talibus & tam neceſſariis vigiliis: cùm tamẽ alioquin & ipſi & omnia bona ad Eccleſias pertinentia gaudeãt immunitate vectigaliũ & indictionum ſimiliumque onerum quorũcumque; adeò vt anathematis [b] incurrãt pœnam qui talibus oneribus inuitos grauauerint neq; moniti deſtiterint, niſi conſenſus Epiſcopi & Cleri acceſſerit. quinimmo non debent exactionibus laicorum ſubuenire Clerici niſi Pontifice ſummo priùs conſulto [c]. Licèt autẽ pars maxima præſentis tituli referatur ad hanc immunitatem, noſtrę tamen partitionis oportunitas magis deſiderabat ea ſub oculos præcipuè poni quæ præſtari viciſſim debent à Clericis.

*Tit.* 50. NE CLERICI VEL MONACHI SECVLARIB. NEGOTIIS SESE IMMISCEANT.

inter quæ poſtremum fuit ne ſeſe rebus ipſimet ſecularibus 50 immiſceant, in tam alto rerum diuinarum ſemper ſpectandarum gradu collocati. quo fit vt ne iuris quidem Ciuilis vel Medicinæ Phyſicorumque ſtudia quantumlibet per ſeſe honeſtiſſima ipſis promiſcuè permittãtur [d], monachis prę ſertim, & omnibus aliis etiã preſby-

preſbyteris, vel in dignitate quapiam vel perſonatu qui dicitur conſtitutis; vt nimirum Theologiæ iurique Pontificio pro laudabiliore ſui muneris functione diligentiùs incumbant.

LIBER IIII.

Vniuerſa matrimonialium cauſarũ tra-
ctatio duobus præcipuè membris conti- 98 Totius huius libri partitio ſubpartitioq;.
netur; altero [a] de matrimoniis cõtrahen-
dis; altero de ſoluendis [b]. In contrahendis
matrimoniis tria vocantur hic in conſi-
derationem, quorum primum concernit
ipſas cauſas [1] tum formales tum efficiẽtes 1
matrimonij [c], ſecundum varia eius obſta-
cula [2] vel impedimenta [d], poſtremum de- 2
nique proprios [3] eiuſdẽ effectus [e]. Cauſa 3
formalis eſt mutua contrahentium fides [1] Tit. I. DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.
accepta dataque. quæ quidem fides quia
teſte Diuo Auguſtino [f] duobus modis di-
citur, pactionis & conſenſus, fit vt cauſæ
formales partim præparationis quaſi cu-
iuſdam rectè cenſeantur, ſicuti ſponſalia,
partim perfectionis, vt abſolutus ipſius
matrimonij cõtractus. Recentiores iuris
Pontificij auctores [g] alterum nunc ſpon-
ſalia de futuro nunc etiam conſenſum de
futuro vocauerunt, alterum verò, conſen- 99 Spõſalium ſponſique vel ſponſæ nomen etiã ad matrimoniũ (ſed nondũ conſummatũ) refertur hoc iure.
ſum vel etiam ſpõſalia de præſenti ſeu per
verba conſenſum de pręſenti exprimẽtia.
nam ſponſi ſponſęque, deſponſationis &
ſponſalium, vox ad fidem quoque cõſen-
ſus vel matrimonium ipſum refertur atq;
pertinet, quamdiu coniugalis non interuenit concubitus. quo fit vt & Ioſephus

a tit. 17. prioribus.
b reliquis titt. omnibus 4.
c tribus titt. prioribus.
d titt. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
e tit. 17.
f c. 1. de ſpon. duor. j.
g c. veniẽs. 15. c. ſicut ex literis. 22. c. ſi inter virum, penul. hoc tit. c. 2. & 3. & vlt. j de ſpon. duor.

Diuæ Virginis Mariæ ſponſus plerunque nominetur, vir tamen alioqui ſeu maritus & coniunx. quæ loquẽdi conſuetudo noſtrorũ tantò diligentiùs eſt notãda quantò legibus eſt ciuilibus ignotior. Efficientes cauſæ ſunt ipſæ perſonæ contrahentes ætatem habẽtes legittimam[2]; ſiue palàm contraxerint ſiue etiã clàm[3]; id quod iure hoc veteri licèt prohiberetur tamẽ factũ non reddebatur irritum, nũc autem Concilio[a] Tridẽtino prorſus irritum & nullũ pronunciatur, cùm perſonæ quælibet ad clàm contrahendum per Concilium hoc omnino inhabiles reddãtur. Eiuſdẽ Concilij beneficio[b] perplexa illa noſtrorũ diſputatio de patris cõſenſu per ius Pontificium vel etiam diuinum requiſito vel nõ requiſito dum filijfamilias matrimonium contrahunt ſopita fuit; quandoquidem ſancta Synodus eos anathemate damnat qui falsò affirmant, matrimonia à filiisfamilias ſine conſenſu parentum cõtracta, irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe. qua cenſura plurimorũ doctorum temeritas maximè nouitiorum tum Theologorum tum noſtrorum ſaluberrimè fuit repreſſa. ſunt ergo ſoli cõtrahentes efficiens matrimonij cauſa. Matrimoniorum vel impedimenta vel obſtacula ſunt multiplicia, quorũ quædam traduntur inter cauſas modò recitatas tum formales tum efficientes tanquam ex his dependentia, qualia ſunt quattuor hæc, volunta-

Tit. 2. DE DESPONSATIONE IMPVBER.

Tit. 3. DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

100 Cõcilij Tridentini in hiſce rebus prouiſio ſanctiſſima

101 De matrimonio filijfam. abſque cõſenſu patris.

102 Impedimẽta matrimonij in vniuerſum 18.

luntatis repugnătia 1, publicę honeſtatis 2 1
a iuſtitia a vel reſpectus vel intuitus, defe- 2
ctus 3 ætatis legittimæ, denique clandeſti- 3
nitas 4, vt ita loquar; quædă verò ſeorſim 4
cõmemorantur, variis ex cauſis naſcentia,
qualia recenſentur hic ordine in vniuer-
ſum numero quattuordecim; videlicet: 5
præoccupatio 5 cõſenſus abſoluti, condi- 6
tiones 6, ordines 7 Eccleſiaſtici ſuperiores, 7
votum 8 cœlibatus, adulteriũ 9, machina- 8
tio in mortem coniugis 10, lepra 11, ſer- 9
uitus 12, cognatio 13, affinitas 14, frigidi- 10 11
tas 15, ſagarum 16 maleficia, impotẽtia 17 12
coniugalis vſus, interdictum 18 Eccleſiæ. 13
Quorum omnium & ſingulorũ impedi- 14 15
mentorum quoniă non eadẽ eſt ratio ſed 16
vis ac poteſtas lõgè diuerſiſſima (cùm alia 17
matrimoniũ contrahendum dũtaxat im- 18
pediăt licèt contractum non dirimăt, alia

a c.3.4.& 8. i, de ſponſ.& matrimon.& c.4.5.& 12. i, de deſponſ. impub.

103 1. imped. PRÆOCCVPATIO.

iam cõtractum etiam dirimăt) de ſingulis
ordine breuiter dicẽdum eſt. Præoccupa-
tio 4 nudorum ſponſalium cum vno, non
impedit quidem neque vetat quo minus
abſolutus matrimonij cõtractus cum al-
tero ſubſiſtat atq; præferatur, ſed præoc-
cupatio cõſenſus matrimonialis abſoluti
cum vno, prorſus impedit atq; vetat quo
minus conſenſus etiă abſolutus cũ altero
valeat, quantũlibet poſterior priorem in
concũbendo præuenerit b. Conditiones 5
oẽs aut honeſtę ſunt aut inhoneſtę; atque
honeſtę quidẽ cõditiones aut huiuſmodi
ſunt vt impleri poſſint aut vt impleri nõ

Tit. 4. DE SPONSA DVORVM.

Tit. 5. DE CONDITIONIBVS APPOSITIS IN DESPONSATIONE VEL ALIIS] CONTRACTIBVS.

b c.3.c.vlt. hoc tit.

104 2. imped. CONDITIONES.

 poſſint:

poſſint: ſi poſſint impleri, omnino ſeruãdę ſunt; adeò vt niſi ſeruẽtur matrimoniũ
105 Conditionum varietas.
vel ſponſalia non cenſeantur contracta: niſi à conditionibus illis ita ſemel dictis per nouum conſenſum eumq́ue purũ vel etiam per ſubſequentem concubitum recedatur. omnis enim conditio per ſubſequentem coniunctionem corporum euaneſcit. vt, exempli cauſa, *Si parẽtes mei conſenſerint, vel ſi centum annua nomine dotis mihi dederis*, & ſimiles conditiones aliæ. ſin talis fuerit conditio quę impleri naturaliter non poſſit, licèt alioquin honeſta ſit (*vt ſi digito cœlum attigeris*, & id genus aliæ) perinde habetur atque ſi adiecta nõ
106 De turpi cõditione.
eſſet, matrimonio nihilominus ſubſiſtẽte. At verò ſi turpis & inhoneſta ſit conditio, diſtinguitur vtrùm ea turpitudo ipſi matrimonio ſic inhæreat vt contra eius omnino ſubſtãtiam ſit, veluti *ſi adulterium commiſeris, ſi lenocinium exercueris, ſi partum abegeris*, tum enim matrimonium nullo modo contrahitur; vtrùm verò iſta cõditio turpis aliô pertineat quàm ad matrimonium, vt, *ſi parẽtem interfeceris, ſi furtum feceris, ſi latrocinium perpetraueris*, nam
107 3. imped. ORDINIS SACRI. Tit. 6. QVI CLER. VEL VOVENT. MATRIM. CONTRAHERE POSSVNT.
tum matrimonium nihilominus contrahitur, conditione iſta turpi pro non adiecta ſemper habenda. Conſtitutos in ſuperioribus ordinibus Eccleſiaſticis, inter quos eſt & hypodiaconatus, matrimoniũ contrahendi [6] non eſſe capaces iam ſuperiore libro monuimus [a]. quare ſi homines

nes illi Eccleſiaſtici matrimonium cõtrahunt, præterquã quod nihil agant, in pœnam quoque ſuis ab ordinibus remouentur: quãquam cum diaconis & hypodiaconis aliquando mitiùs hac in re ſolet agi [a]. Cælibatus votum ſimplex, matrimonium quidem contrahẽdum impedit, attamen contractum non dirimit; votum verò ſolenne, & contrahendum impedit & contractum dirimit. Adulterij impedimentum in hoc loco ſic eſt accipiẽdum, vt ſi quis vxore ſua viuẽte rem cum altera quapiam habuerit, eidemq́ue iam tum fidem dederit vel promiſerit coniugalem, is nebulo ne mortua quidẽ vxore mulierem talem poſſit in coniugem habere. ſolum tamen adulterium tale ſine fidei matrimonialis vel promiſſione vel datione, matrimonium cum eadem poſt mortem coniugis prioris non impedit [b], quemadmodum nec ſola fidei promiſſio vel datio ſine tali adulterio. quod ſi tamẽ is qui iam coniugatus eſt aliam inſuper mulierem id ignorantem duxerit in vxorem, quin eam priore mortua retinere poſſit dubium nõ eſt, nouo conſenſu ſcilicet interueniente; adeò vt vel inuitus [c] poſteriorem hanc, ſi id ipſa malit [d], retinere cogatur; quamuis ipſa, vbi fraudẽ talis mariti reſciuerit, inuita cogi non poſſit. Quod de fide per talem adulterum alteri data vel promiſſa dictum eſt, idem quoque de machinatione in mortem coniugis traditur; nam quan-

a c.1. & 2. hoc tit.
b c.vlt. hoc tit.
c c.vnic. hoc tit.
d c.1. hoc tit.

108 4. imped. VOTVM.

109 5. imped. ADVLTERIVM.

Tit. 7. DE EO QVI DVXIT IN VXOREM QVAM POLLVIT PER ADVLTERIVM.

110 6. imped. MACHINATIO IN MORTEM CONIVGIS.

tumuis fidei matrimonialis inter tales adulteros nulla fuerit facta mentio, tamen ſi mors coniugi per machinationẽ ſtructa fuit propter huiuſmodi adulteram, hanc eandem vxorẽ nunquam ducere licebit[a].

111 Quidſi interuenerint machinatio in mortẽ & fidei promiſſio; ſed ſine adulterio.

Cæterum quidſi machinatio cũ fidei promiſſione interuenerit ſine adulterio? magis eſt vt ne tum quidem matrimonium ſubſiſtere poſſit: quam ſententiam rectiſſimè meo iudicio cõtra Goffredum tuetur Hoſtienſis. Pœna verò cum alia quapiam ita contrahentium ſuperſtite adhuc vxore hęc eſt, vt nõ ſolùm liberi inde nati ſint illegittimi, licèt ali debeant [b], atque vt matrimonium iſtud dirimatur, verumetiam vt nũquam talibus hominibus flagitioſis matrimonium ampliùs cõtrahere permittatur, & quidem vt publicę pœnitentiæ ſubijciantur.

Tit. 8. DE CONIVGIO LEPROSORVM. 112 7. imped. LEPRA.

Lepra[8] ſuperueniens matrimonium quidem ſemel cõtractum non dirimet, ac ſponſalium renunciationi direptioniq́ue iuſtam præbet cauſam.

Tit. 9. DE CONIVGIO SERVORVM. 113 8. imped. SERVILIS CONDITIO.

Conditio ſeruilis9 inter Chriſtianos matrimoniorũ libertati præiudicio non eſt; itaque dominis etiam inuitis rectè matrimonium contrahunt ſerui, citra tamen ſubtractionem ſeruitiorum dominis debitorum. quodſi tamen ignoranter matrimonium cum ſeruo vel ancilla contractũ fuerit à perſona libera, rei veritate tandem detecta liberum & integrum eſt huic perſonæ liberæ matrimonij talis diremptionem impetrare [c]. nam conditio-

nis,

a c. licèt. hoc tit.

b arg. c. vlt. 5. de ſeru. non ord.

c Concil. Trid. d. ſeſſ. 24. de reform. matr. cap. 2.

nis, id eſt ſtatus, error, neminem lædere 114
debet; licèt qualitatis alicuius error ſæpe- Status error non lædit.
numerò lædat. Seruilis autem conditio
non aliundè quàm ex ancilla matre ſolet 115
æſtimari, quantumlibet pater fuerit liber. Mos in æſtimanda conditione ſeruili ſeruandus.
quodſi tamen regionis alicuius mos eum
pro libero habeat qui patre libero natus
eſt etiamſi mater ſit ancilla, fauore liber-
tatis mos huiuſmodi commendatur[a]. ſin
mater 10 libera fuerit, quin partus omni *Tit.* 10. DE NATIS EX LIBERO VENTRE.
iure liber ſit, etiamſi pater fuerit ſeruus,
nullo modo dubitatur, neque mos con-
trarius facilè toleraretur[b]. Inter impedi-
menta matrimonij hoc loco tradita no-
num & quidem omnium latiſſimè patẽs, 116
eſt Cognatio; quæ quoniam vel ſpiritus 9. imped. COGNATIO
eſt & animorum, vel Ciuilis tantùm vin- 117
culi ſeu legis, vel ſanguinis communis, ſit Cognationis genus triplex.
vt alia cognatio dicatur ſpiritualis, alia le-
galis, alia conſanguinea. Cognatio ſpiri-
tualis hoc iure 11 veteri latè patebat & ex- *Tit.* 11. DE COGNATIONE SPIRITVALI.
tendebatur, nunc per Tridentini Conci-
lij[c] reformationem valdè reſtricta: cùm
inter ſolum baptizantem vel confirman- 118
tem & baptizatum vel cõfirmatum eiuſ- Cognatio ſpiritualis per Conciliũ Tridentinum reſtricta.
demque patrem & matrem, item inter
ſuſceptorem ſuſceptricémve (qui quæve
nõ poteſt eſſe niſi vnus vnáve vel ad ſum-
mum vnus & vna) & baptizatũ vel con-
firmatum eiuſdemque patrem & matrem
contrahatur. cuius hæc vis eſt vt & impe-
diat matrimonium contrahẽdum & diri-
mat contractum. Sic igitur inter coniugẽ
ſuſce-

a ...l. licèt. hoc ...it.

b arg. c. vlt. 3. de ſeru. non ord.

c Concil. Trid. d. ſeſſ. 24. de reform. matr. cap. 2.

ſuſceptoris & ſuſceptū vel ſuſcepti patētes cognatio ſpiritualis amplius nulla; nec inter ſuſceptoris liberos & ſuſceptum vel eius parentes; nec inter vllos deniq; alios quàm inter eos qui corporaliter & perſonaliter vt ac tanquam perſonæ principaliter agētes interuenerunt, & ſuſceptū ſuſceptamve in ipſa ſacramentorum baptiſmi vel cōfirmationis adminiſtratione tenuerunt vel attigerūt. nam tota relatio fit ad ipſum ſuſceptum, quæ & in ipſius parentes tranſit. nulla enim fit, nec vnquā fiebat, ad reliquas perſonas interuenientes relatio inter ſeipſas: cùm certiſſimum ſit inter baptizātem & ſuſceptorem vel ſuſceptricem, item inter ſuſceptorem & ſuſceptricem, nullam generari cognationem ſpiritualem.

119 Inter ſuſceptores inter ſe vel inter ipſos & baptizātem nulla vnquā cognatio ſpiritualis.

Tit. 12. DE COGNATIONE LEGALI.

Cognatio legalis[12] ex adoptione naſcitur. quod impedimētum inter aſcendentes & deſcendentes etiam finita adoptione perpetuum[a] eſt, inter eos verò qui à latere coniunguntur non niſi quamdiu vel adoptio durat vel alterius emancipatio interuenerit. Cognatio ſanguinis, vt & affinitas, tam ex coniūctione naturali ſeu fornicatione quàm ex coniunctione legittima ſeu matrimonio naſcitur. ac licèt cōpilator iſte priùs de conſanguinitate quàm de affinitate proponat paulò[b] pòſt, hoc tamen loco de fornicatoriæ[13] iſtius affinitatis impedimēto iura præmittit; quæ cōmodiùs, niſi fallor, vnà cum cæteris ad affinitatem deinceps perti-

120 Ordinis ratio.

Tit. 13. DE EO QVI COGNOVIT CONSANGVINEAM VXOR. SVÆ VEL SPONS.

pertinentibus fuiſſent ſubiecta: niſi quòd ordine temporis natura legem ſcriptam pręcedat. ſed ad rem. Vetus hoc ius affinitatem hanc fornicatoriam ſeu naturalem quoad impedimẽtum coniugij pari loco habebat quo affinitatẽ legittimam [a]; ſed

121 Affinitas fornicaria Concilio Tridẽt. reſtricta.

ex Concilij Tridẽtini [b] reformatione ſolos ad eos qui primo vel ſecundo gradu coniunguntur affinitas iſta naturalis vel fornicando contracta reſtringitur.

122 Publicæ honeſtatis iuſtitiã Concilio Trid. reſtricta.

publicæ honeſtatis etiam iuſtitia, cuius paulò antè meminimus [c], per idem Concilium ſoli primo gradui prohibitionem creante [d], ſi modo fuerit ex validis nata ſponſalibus; nam vbi ſpõſalia quacumque ratione non erant valida, nullum vult eſſe ſancta Synodus publicæ honeſtatis impedimentum. Si quis igitur ſponſalia vel matrimonium contraxerit cum ea cuius vel ſorori vel patrueli ſeu conſobrinæ priùs obtulerat ſtuprum, ſponſalia procul dubio vel ex leuiſſima ſuſpicione dirimentur; matrimonium verò ita demum, ſi de ſtupro illo publicè cõſtiterit.

123 Quid ſi poſt matrimonium ſtuprum cum affini interueniat.

ſin poſt matrimonium vel ſpõſalia contracta ſtuprum tale contigerit, ſpõſalia quidem dirimentur, matrimoniũ verò minimè gentium; quantumlibet inceſtuoſus iſte grauiſſimis aliis obnoxius fiat pœnis.

*Tit. 14.* DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

Conſanguinitas [14] omnis vel eſt aſcẽdentium vel deſcendentium vel eorum qui cõiungũtur à latere. Matrimonium inter aſcendentes atque deſcendentes in infinitum prohi-

a ...in hoc tit.
b ...Concil. Trid. ...ſeſſ. 24. de ...form. ma...m, cap. 4.
c ...c. duo pue...n. 12. i. de ...ſpon. im...pub. & ex a...lia multis ...capitulis.
d Concil. Trid. ...ſeſſ. 24. de ...reform. ma...trim. c. 3.

prohibetur, inter collaterales verò nō vltra gradum cognationis quartū ſi numerandorum graduum ratio in perſonarum
124 Iuris Pont. & Ciuilis in gradibus numerādis diſcrimen.
coniunctionibus iure Pontificio pręſcripta ſpectetur; qui gradus erit iure ciuili octauus quidem inter æqualiter coniunctos, quintus autē vel ſextus vel ſeptimus inter coniunctos inæqualiter. Quandoquidē Ciuile ius ex qualibet progeneratione [a] gradum vnum cōſtituit, ab altero eorum de quorū cognatione quæritur ad communem ſtirpē aſcendendo, atque inde rurſus ad alterum deſcēdendo: Pontificium verò ius planè alia ratione, duos de quorum cōiunctione matrimoniali quæritur in vno eodemque gradu [b] cōſtituit; à fratribus & ſororibus incipiēs, ibidemque primum gradum figens vel ponens; gradum ſecundum in fratrum ſororumq; filiis hoc eſt patruelibus; & ita deinceps in omni cognatione quæ pari gradu à cōmuni ſeu ſtirpe ſeu ſtipite diſtat. nā inter eos qui diſpari gradu à cōmuni ſtirpe diſtant numeratio graduum ex remotiore [c] cenſetur. Itaque frater & ſoror iure Ciuili in ſecūdo ſunt gradu inter ſe, quia à fratre aſcendēdo ad communem patrem habes generationem vnam ideoque gradum vnum, deinde deſcendendo rurſus ab eodē communi patre ad ſororē habes generationem ſecūdam, ergo gradum ſecūdum. pari ratione duorum fratrū vel ſororum filij inter ſe quarto ſunt gradu; nam ad cō-

munem

munem ſtirpem hoc eſt auum aſcendẽdo inuenies generationes duas & rurſus deſcendendo totidem. eodẽ denique modo patruus vel auunculus tuus tertio tibi eſt gradu; nam à patruo vel auunculo tuo aſcendendo ad cõmunem ſtirpem id eſt ad auum tuum habes generationẽ vnam, deinde deſcendendo rurſus ad te habes gradus duos & per conſequẽs in ſumma tres gradus. At iure Pontificio frater & ſoror inter ſe primo ſunt gradu cognationis, quia neuter à communi ſtirpe diſtat longiùs: duorũ fratrũ vel ſororũ filij hoc eſt patrueles vel conſobrini vel amitini ſecũdo ſunt inter ſe gradu; patruus vel auũculus & fratris vel ſororis filius inter ſe ſecũdo quoq; dũtaxat ſunt gradu, quandoquidem inter coniunctos inæqualiter vel gradu diſpari diſtantes à ſtirpe communi, gradus ille cẽſetur à remotiore. remotior autem eſt filius fratris à ſtirpe communi quàm patruus, quia cõmunis parẽs vtriuſque eſt huius patrui pater qui filio fratris eſt auus. Per qualem numerãdi rationem iure Pontificio iam inde à priſcis proditã temporibus[a] (à qua recedere prohibemur ſub anathematis comminatione) fit, vt quoad gradus cognationum, non longiùs inter ſe diſtare reperiantur illi qui communis parentis adnepotes dicuntur, quàm ab altero eorundẽ adnepotum diſtat eiuſdem communis vel abnepos vel pronepos vel nepos vel ipſe etiam filius.

[a] d cap. ad ſedem, 35. q. 5.

125 Ratio numerandorum graduum iure Pontificio antiquiſſimã eſſe & ſacroſanctam.

vt ex

vt ex hiſce quaſi ſcalis graduum cognationis euidenter patet.

126 Scalæ graduū cognationis perfaciles ac illuſtres per Auctorem factæ.

## SCALÆ GRADVVM COGNATIONIS.




Quibus quidem ſcalis nihil poteſt eſſe vel ſimplicius vel clarius vel etiam (quod mirêre)

mirêre) plenius; ſiue de deſcendentibus & aſcendentibus quæratur, ſiue de collateralibus: ita vt alio nullo ſiue ſchemate ſiue figura ſiue demõſtratione oculari graduum vel arbore cognationis (qua in re noſtri miſerè laborant) ſit opus. hæ ſcalæ pingũtur inſtar ſcalarum geminarum ſeu duplicium, quales aliquãdo patibulis admoueri videmus pro commodiore binorum (carnificis nimirum Reique) ſcanſione collaterali. miſerabile patibulum, diſcors coniugium. Fiunt gradus ibi quinque. Stirps communis vel auctor & parens cognationis præeminet ſcalis vt vtriuſque lineæ caput atque principium, denotatum elemento A. duobus filiis repræſentatis per elementa B C. nepotibus per D E pronepotibus per F G. abnepotibus per H I. adnepotibus per K L. nunc igitur ecce; communis parentis duo adnepotes quinto inter ſe ſunt gradu matrimonioque inter ſe iũgi poſſunt; vt hic in ſcalis K & L inter ſe ſunt communis parentis adnepotes, duorum fratrum abnepotes, duorum cõſobrinorum pronepotes. idẽ K quinto gradu diſtat à C. & eodem modo L. à B. inter quos matrimonium iure contrahi poſſe communi Doctorum traditur ſententia. licèt id nonnulli propterea vocauerint in controuerſiam, quòd communis parẽtis filius alter ſit reuera patruus maximus alterius adnepotis vel adneptis ex altero filio deſcendentis.

127 Patruus maximus cũ adnepte ex fratre per ius hoc rectè coniungitur in matrimoniũ; quia quinto ſunt inter ſe gradu.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dentis. at à communi ſententia, quæ regulę generali [a] de liberè coniugendis collateralibus quinto diſtantibus inter ſe gradu conformis eſt, opinor non eſſe temerè recedendum. quinto ſimul gradu diſtant inter ſe K & E item K & G item K & I; vicéque verſa L & B item L & D item L & F item L & H: cùm tamen iure [b] Ciuili K & L decimo ſint inter ſe gradu, K & C ſexto, K & E ſeptimo, K & G octauo, K & I nono; & vice verſa L & B ſexto, L & D ſeptimo, L & F octauo, L & H nono. Quotquot ſunt ſupra K & L matrimonio inter ſe coniungi prohibentur per ius Pontificium: iure autem Ciuili ſolos inter B & C id eſt fratrem & ſororem, item inter D & E id eſt patrueles, vt quidam volunt [c], item inter D & C [d], item inter F & C; & vice verſa inter E & B, item inter G & B. nam hactenus inter collaterales etiam ſed inæqualiter coniūctos ius quoque Ciuile reſpectum quendam quaſi parentum & liberorum agnoſcit [e]; cùm ille C ſit patruus illius D & magnus patruus illius F, quemadmodum & ille B patruus eſt illius E & magnus patruus illius G. Hæc hactenus de gradibus cognationum copioſiùs quàm pro Synopſios huius inſtituto; quæ tamen ob nouum vel potiùs vetuſſimum demonſtrationis genus, idemque facilimum, debent eſſe gratiſſima. certè iuriſconſultos antiquos tradiſſe

128 Scalæ Auctoris ex mente priſcorum Iuriſconſultorum.

diſſe [a] videmus, gradus à ſimilitudine ſca-
larum dictos eſſe, quos ita ingredimur
vt à proximo in proximum tranſeamus. 129
Affinitas, quoad matrimoniorum pro-
hibitionem, quarto etiam gradu per ius
Pontificium [b] coërcetur, quemadmodum
conſanguinitas. nam quoto gradu con- 130
ſanguinitatis alteri coniugum eſt ſuus a-
liquis conſanguineus, eodem gradu affi-
nitatis idem ille cenſetur affinis eſſe al-
teri coniugum. exempli cauſa; pater &
mater vxoris primo ſunt eidem vxori gra-
du conſanguinitatis; ergo eædem perſo-
næ marito tanquam genero ſuo, nempe
ſocer & ſocrus, primo ſunt gradu affi-
nitatis; frater & ſoror vxoris primo ſunt
ipſimet vxori gradu conſanguinitatis; er-
go eædem perſonæ marito tanquam ſo-
rorio ſuo primo etiam gradu ſunt affini-
tatis; & ita deinceps. mortua vxore tua, 131
ab eius cognatis iiſdemque tuis affinibus
tibi æquè abſtinendum eſt in contrahen-
do matrimonio atque à tuis propriis con-
ſanguineis; idque ad eum vſque gradum
quem in conſanguinitate diximus. Erat
olim & ſecundum & tertium genus af-
finitatis quod matrimoniis obſtabat; in
ſecundo quidem genere, vſque ad quar-
tum gradum [c]; in tertio autem genere,
vſque ad gradum ſecundum [d]. verùm ge-
nerali Concilio [e] decretum poſtea fuit ne
amplius huiuſmodi affinitas ſecundi vel
tertij generis nuptiis eſſet impedimen-

10. imped. AFFINITAS

Gradus Affinitatis vnde cenſeantur.

Secundum tertiumq; genus affinitatis nūc ſublatum quorſus olim referretur. Et quātus ibi ſcrupulus appareat in exēplis quibuſdam noua forſitā conſtitutione non indignis.

a …iuriſconſul… 10. §. …gradus, …de grad. & aff…

b …non debet. …

c …de propin… 30. q. 3.

d …porro, 30. q. 3.

e …nō debet, …

to. rem ſic intellige [a]: ſororius tuus primum genus affinitatis tibi parit; ſorore tua mortua ſi ſororius ille tuus aliam ducat vxorem, illa tibi ſecundum genus affinitatis conciliat. moriẽte tandem eodem tuo ſororio, ſi nunc eius vidua alteri nupſerit marito, ille tibi tertium genus affinitatis adfert. Item vlteriore matrimonio (ſicut in exemplis duobus præmiſſis) non interueniẽte, duorum fratrum vxores inter ſe ſunt affines in ſecundo genere, quẽadmodum & duarum ſororum mariti inter ſe, vel fratris vxor & ſororis maritus inter ſe. Iam pone mori fratrem pariter & ſororem; vidua defuncti fratris & viduus defunctæ ſororis iuxta Concilij prædicti decretum rectè coniungentur in matrimonium ex communi interpretum ſententia [b], licèt nonnulli [c] tum propter carnis inter coniuges vnionem tum propter honeſtatis publicę iuſtitiam hac in re mouerint ſcrupulum. qui profectò ſi quandoque vel in Concilio generali vel Summo Põtifici proponeretur atque diligenter per Theologos præſtãtes excuteretur, fortaſſis ad obſeruationẽ iuris priſci [d] hac in re decernendam videretur iuſtiſſimus: de non contrahẽdo, inquam, cum relicta fratris vxoris meę defunctæ, vel cum ſimili perſona gradu talis affinitatis etiam remotiore, veluti cum relicta cõſobrini vel patruelis vel etiã remotioris alicuius cognati vxoris meæ defunctæ, vel (quod adhuc vi-

a c. nuptiarum bonum, 37. q. 2.

huc videtur ſcrupuli religionisq́ue maio-
ris) cũ vxoris meæ nouerca vidua; quan-
tumlibet illæ perſonæ mihi ſint affines
genere duntaxat affinitatis cuiuſdam ſe-
cundo. Sanè quoad ſecũdum vel tertium
genus affinitatis ex vlteriore matrimonio
contrahi ſolitæ, quoniã carnis vnitas iam
longiùs abiit, nullus vnquã de iuris noui
ſententia dubitauit neque ſcrupulũ ſenſit
vllum. Poterunt itaq́ue liberrimè matri-
monio coniungi filius tui ſororij ex alia
vxore poſt ſororẽ tuam defunctam ducta
natus, & filia tua; multoq́ue magis filius
ex eadem altera vxore & altero præterea
patre cui poſt mortem ſororij tui mulier
iſta denuo nupſerit natus, & filia tua:
quinimmo poterit & eadem hæc mulier
poſt ſororij tui mortem tua fieri coniũx. Tit. 15.
Frigiditas [15] nihil aliud hoc loco ſignifi- DE FRIGI-
cat, quàm naturalem quandã eamq́ue per- DIS ET MA-
petuam procreandæ prolis ineptitudinẽ. LEFICIA-
naturalem dico, quia frigiditas ob ſenium TIS ET IM-
contingens impedimẽto non eſt quo mi- POTENTIA COEVNDI.
nus nuptiæ ſubſiſtant [a]. perpetuam dixi, 132
quòd frigiditas, ſi arte medica corrigi 11. imped. FRIGIDI-
poſſit, ſoluendarum nuptiarum cauſa eſſe TAS.
non debeat. Maleficia dicũtur hoc titulo 133
veneficarum vel etiam veneficorũ artes 12. imped. MALEFI-
malignæ quibus efficitur vt quis vel cum CIA.
nullis omnino vel cum certis quibuſdam
perſonis vſum valeat exercere coniugalẽ.
qualibus vexatos maleficiis, maleficiatos 134
iure Põtificio vocari videmus. Impoten- 13. imped. IMPOTEN-
TIA.

a c. nuptiarum bonum. 37. q. 2.

 tia au-

tia autem coëundi intelligitur quodlibet aliud vſus cõiugalis vel procreationis obſtaculum, ſiue illud ex viri craſtratione ſiue ex fœminę anguſtia oriatur. Verùm talia matrimoniis ita demum ſunt impedimento, ſi priuſquàm contraheretur matrimonium, fuerint in aliquo: nam poſtquam ſemel matrimonium ſubſtitit, taliũ impedimentorum ſuperuentione nequaquam ſoluetur ſeu dirimetur; alioqui diremptoria ſunt hæc impedimẽta, libertatemque cum alio aliáve contrahendi concedunt [a]. non aliter tamen hæc impedimenta nuptias contractas dirimũt quàm ſi pars altera, quę decepta videlicet eſt, diremptionem petat: poſſet enim, ſi vellet, alter alterius conuerſatione nihilominus vti, ſi non vt cõiugis certè vt ſororis vel fratris; cùm nuptias non cõcubitus faciat ſed animorum conſenſus. in maleficiatis tamen hoc peculiare eſt, vt quoniam ſubinde cum alia quidem rem vxoriam exercere nequeunt, cum alia verò exercere nõ prępediuntur, matrimonio fortè contracto cum ea cum qua vſum cõiugalem exercere per veneficia non poſſunt, aliam in qua ceſſat veneficij vis liberè ducant; nec ad priorem quantumlibet id petẽtem redire cogantur: vbi in cęteris qui vel vt frigidi vel quæ tanquam arctæ & clauſæ ſeu anguſtę relinquebantur aliud ſtatutũ [d] eſt ſi fortè decepto iudice Eccleſiaſtico pro talibus habiti poſtea deprehendantur cũ

135 Cauſę talis impedimẽti.

aliis

aliis vſum exercuiſſe venereum. Cauſa cur inter inuitos nuptiæ non ſubſiſtãt huiuſmodi cognitis impedimentis, obſcura nõ eſt; cùm vel prolis procreandæ vel fornicationis euitandæ gratia matrimonium præcipuè contrahatur[a]. At ne fortè lateat in prætexendis huiuſmodi impedimentis fraus vel dolus, rectiſſimè conſtitutum eſt ne coniugibus tale aliquod obſtaculum[b] cauſantibus facilè vel temerè credatur, quantumlibet vtriſque vno ore loquentibus. ambo nempe iurabũt ſe toto triennio connixos nihil egiſſe. neque hoc ſatis; accedere ſimul oportebit iuſiurandũ ſeptenorum aliorum propinquorum vel his deficientibus vicinorum. quod eſt iurare cum ſeptima[c] manu; quia nimirũ iurantes manu dextra ſanctum Euangelium tangere iubentur. Atque hæc quidẽ ſolennitas obſeruatur dũ vel de frigiditate vel de maleficio vel ſimilibus impedimentis latentioribus & incertioribus quæritur: quandoquidẽ anguſtiæ ſeu arctioris vaſis muliebris & caſtrationis impedimẽta cõfeſtim per inſpectionem ſolent ocularem & aliter explorari. Quodſi duntaxat alter coniugum ſolus ad matrimonij diréptionem proclamet, viro quidem ſe vel frigidum vel maleficiatum vel impotentẽ eſſe affirmãte, muliere verò id negante, diremptio matrimonij nũquam fiet. ſin mulier hoc ipſum de viro dictitet, vir autẽ neget, ſi vel annus vel ſaltem dimidius à matri-

a c. 1. & vlt. hoc tit.

b c. laudabilẽ. & c. vlt. hoc tit.

c d. c. laudabilem. & d. c. vlt. hoc tit.

136 Cautio talibus in rebus adhibenda.

137 Iurare cum ſeptima manu, quid.

138 Quidſi ad matrimonij diremptionẽ proclamet is ipſe per quẽ ſtat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

monio contracto iam fuerit elapſus, viri dicto ſtandũ eſt; niſi fortè mulier illa virginem ſe eſſe per corporis inſpectionem

139 Quid ſi neſciatur an ante an poſt matrimoniũ, tale quid acciderit.

docere poſſit [a]. Illud poſtremò non videtur prætereundum, quando dubitatur vtrùm ante an poſt matrimonium contractum vir in tale aliquod malũ inciderit, fauore matrimonij poſtea potiùs id acciſſe præſumi [b]. Decimum quartum & vl-

140 14. imped. INTERDICTVM ECCLESIÆ. Tit. 16. DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTVM ECCLESIÆ.

timum nuptiarum impedimentum dicebamus eſſe interdictum 16 Eccleſiæ, quod hoc loco nihil eſt aliud quàm temporalis quædam prohibitio iudicis Eccleſiaſtici, facta, ne pendẽte cognitione de certis impedimentis matrimonij procedatur ad eius celebrationem, néve eius vſus exerceatur. Quali interdicto matrimonium quidem contrahendum impeditur, attamen contractum non dirimitur ſi modò ceſſet illud impedimẽtum cuius reſpectu interdictũ hoc interponebatur. certè pœnitentia ſemper iis debet imponi quicunque interim Eccleſiæ interdictũ contem-

141 Effect⁹ matrimonij tertiũ ſubdiuiſionis mẽbrum. Tit. 17. QVI FILII SINT LEGITTIMI.

pſerint. Effectus matrimonij vel ſi mauis ipſe fructus atque adeò principalis etiam finis, eſt proles legittima 17. pro legittimis autem pleriſque in rebus habẽdi ſunt & illi quos ipſe Princeps nũc ſpiritualis [c] nunc ſecularis legittimorum iure donauit, vel, vt loquuntur noſtri, legittimauit, quo beneficio non indigent [d] liberi ex matrimonio ſemel publicè citraque Eccleſiæ prohibitionẽ contracto ſed poſtea

per ſententiam certis ex cauſis dirempto nati, modò fuerint ante ſententiam concepti; nẽpe quos ipſo iure legittimos eſſe placuit: quemadmodum & illos, quorum natiuitatem ſolennis tandem ſecuta [a] fuit matrimonij celebratio. Alterum tractationis huius vniuerſæ matrimonialis mẽbrum de ſoluẽdis erat matrimoniis. cuius membri duo præcipui ſunt hic articuli; prior [b] 1, de matrimonij ſoluendi modis; alter [c] 2 de ſolutionis ipſius effectu. Soluẽdi modus alius eſt omnino diremptionis, alius tantùm ſeparationis tori coniugalis matrimonio nihilominus permanente perduranteque donec id ſola morte finiatur. dirimitur matrimoniũ, ſi fortaſſis ob impedimentum aliquod cui quoque dirimendi vis inſit (qualia multa iam vidimus impedimenta) nunquam potuerit re ipſa ſubſiſtere: ſeparatur tantùm torus coniugalis, quando matrimonium reuera ſubſiſtit, vtpote remotis omnibus impedimentis diremptoriis, at propter fornicationem alterius cõiugum diuortij ſententia ſequitur. Vtrumque nimirum ſoluendi matrimonij genus, latiore ſoluendi ſignificatione cõprehenditur; quantumlibet in diremptione matrimonium propriè nunquam fuerit, in ſeparatione verò matrimonium remaneat ſaluũ. certè neutrum propria fieri poterit auctoritate, ſed iudicis eſt opus cognitione definitionéque. Quamobrem dum de diremptione

a …11 & c. tan- …ſt. & c. …od nobis. …in tit.

b …tit. 18. et 19.

c …tit. 20. & 21. qui ſunt vltimi.

142 Secũda totius huius libri pars bimẽbris.

1

2

143 Solutio matrimonij bifariam.

Tit. 18.
QVI MATRIMON. ACCVSARE POSSVNT ET CONTRA ILLVD TESTIFICARI.

quæritur[18], neceſſariò diſpiciendum erit quinam & ad matrimonium tale accuſandum id eſt ad huiuſmodi diremptioné petendam admittantur, & quinam ſint in ea re teſtes idonei. Planè parẽtes ipſimet & alij propinqui cæteris omnibus & in accuſando ſeu diremptionem petẽdo & in teſtificando plerunque ſunt inſtructiores ideóque præferuntur; quãtumlibet alioquin in cauſis criminalibus & contractibus aliis parentum liberorumq́ue & aliorum propinquorum teſtimonia ſint meritò ſuſpecta vel certè minus idonea. neq; ſufficit in huiuſmodi diremptionis negotio per vlla ſcripta matrimonium vel accuſare vel contra illud teſtificari, ſed opus eſt omnino coràm cõparere ſuiq́ue præſentiam exhibere; licèt præſumptionis aliquid è ſolis aliquando generetur[a] ſcriptis.

Tit. 19.
DE DIVORTIIS.

Diuortij[19] ſeu ſeparationis cauſam ſola præbet Chriſtianis[b] fornicatio, tam vxori quàm viro; donec vel vltrò recõcilientur, vel inuiti propter alterius quoq; lapſum poſtea detectũ probatumq́ue vel ob aliã culpam à iudice in vnũ redire cogãtur. idem ſentit Eccleſiaſtica legiſlatio[c]

144
Fornicatio ſpiritualis.

de idololatria, de ethniciſmo, de infidelitate, de hæreſi, de alia quacũque defectione à religione fideque Chriſtiana; cùm talis defectio nihil aliud ſit quàm ſpiritualis quædã fornicatio. verùm, ſi tẽpore cõtracti matrimonij cõtrahens vterq; fuit ethnicus & alter eorũ poſtea fit Chriſtianus,

altero fidē Chriſti blaſphemiis & maledi- 145
ctis impetente, Chriſtianus non diuortiū
dūtaxat vel ſeparationē tori petere verū-
etiam ad aliud cōfugere matrimoniū po-
terit [a]; eo quòd inter ethnicos matrimo-
nium quāuis verum nunquā tamen fuerit
ratum id eſt indiſſolubile, ſicut eſt inter
fideles id eſt Chriſtianos. Effectus matri-
monij ſoluti præcipuus hic eſt, vt ſi vel
propter impedimēta ſuperiora dirimatur
vel ob fornicationē ſiue carnalē ſiue ſpiri-
tualē diuortio ſeparetur, donatio propter
nuptias per virū & dos per mulierē repe-
ti poſſint [20] reſtituiq; debeāt culpa caren-
ti [b]: quod iudex etiā Eccleſiaſticus vna ea-
demque opera curare nō tantùm poteſt,
ſed & omnino debet [c], dū diuortij vel ſe-
parationis cauſam definit. idem de media
parte omnium quæ durante matrimonio
communiter obuenerunt [d] intelligēdum
eſt. Donatio quoque conſtāte matrimo-
nio facta coniugi à coniuge, per diuortiū
ſeu ſeparationē tacitè reuocata cēſetur [e].
Iam ſi morte matrimoniū finiatur, etiam
hoc ampliùs ad ſecūdas. i. iteratas nuptias
cōfugere liberrimū [21] eſt, citraq; metū o-
mnē infamię [f] quantūlibet intra tēpus lu-
ctus id cōtigerit. Benedictio tamē ſacer- 146
dotalis illi qui ſemel coniugatus fuit non
impēditur [g] in coniungēdo, tanquā ſemel
iam olim percepta; niſi cōtraria fuerit loci
conſuetudo [h], qualem egomet vxorē ſe-
cundā ducens apud Iprenſes expertus fui.
Cauſa-

Matrimoniū Ethnicorum, verum quidē ſed non ratum.

Tit. 20. DE DONAT. INTER VIRVM ET VXOR. ET DE DOTE POST DIVORTIVM RESTITVENDA.

Tit. 21. DE SECVNDIS NVPT.

Benedictio viduorū ex conſuetudine.

a d. c. quanto. hoc tit. ex 1. Corinth. 7.

b c. 4. hoc tit.

c c. 3. hoc tit.

d c. vlt. hoc tit.

e d. c. vlt. hoc tit.

f c. ſuper illa. hoc tit. ex 1. Corinth. 7.

g c. 1. & 3. hoc tit.

h gloſſ. vlt. d. c. 3. hoc tit.

LIBER V.

147

Totius huius libri partitio trimembris.

1
2
3

Tit. 1.

DE ACCVSATIONIB. INQVISITIONIBVS, ET DENVNCIATIONIBVS.

Cauſarum criminaliũ tractatio in hunc poſtremum retruſa locum, tribus conſtat membris hiſce; quomodo illarũ iudicia[1] inſtituantur [a], quænam & qualia ſint[2] crimina hûc pertinentia [b]; quibus denique pœnis[3] luātur [c]: coronide quadam totius iuris generali tandem libris hiſce Decretalium ſuperaddita [d], ſicuti factum fuit in legum ciuilium Pandectis. Inſtituuntur[1] omnia iudicia criminalia vel per accuſationem, vel per inquiſitionem, vel per denunciationem. nam quòd quidam duos adhuc alios inſtituendorum horum iudiciorum modos addunt, exceptionem videlicet & extraordinariam procedendi viam in criminibus planè notoriis, tenere debemus, illos duos modos non eſſe loci præſentis. exceptionis enim loco crimen oppoſitum non ad pœnam reos depoſcit (qualia ſunt omnia de quibus hic agitur) ſed ad fidem detrahendam duntaxat obijcitur [e], niſi in eum finẽ opponatur vt quis à promotione vel ad officium vel ad beneficium repellatur [f]. notoria verò crimina non in forma iudicij expediuntur ſed omnino extra ordinẽ [g].

148

Duos alios inſtituendi criminalis iudicij modos huc nõ pertinere.

149

Accuſationis, inquiſitionis, denunciationis, diſcrimen.

Non inelegantẽ (ſi res ipſa non verba ſpectẽtur) his tribus adhibuit cautionem Pontifex ipſe; *ſicut*, inquit [h], *accuſationem legittimã debet præcedere inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua monitio, & inquiſitionem clamoroſa inſinuatio præuenire.* Accuſator inſcribit; iudex inquirit, delator aliquis peccãtem iudici

dici denunciat. quo tertio in genere, veteris par eſt meminiſſe verſiculi, (*thego?*
*Quid Clodius mœcho vel quid Catilina* Ce-
Cęterum ſicuti contra criminoſos procedi reipublicæ intereſt, ita è diuerſo innocentes falſis criminibus impeti, grauiſſimum & indigniſſimum & ſceleratiſſimū ſemper habitum fuit, grauesq́; [a] pœnæ calumniantibus 2 id eſt falſa crimina inten- Tit. 2.
tantibus cōſtitutæ. DE CALVMNIATORIB.
qua de re pluribus hic agere non eſt oportunum. certè retinēda ſemper omnibus eſt aurea Imperatoris Traiani ſententia, Iuriſconſulto celebrata [b], *ſatius eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.* Quo- 150
niam verò ſecundum tractationis huius Secundum
criminalis membrū latiſſimè patet, quan- totius hu-
do vt ſtultorum ita & ſtultitiarum. i. cri- ius libri
minum infinitus eſt numerus, factum fuit membrum.
vt illud in titulos complures excurrat. in quibus an commodus aliquis ordo commonſtrari poſſit an verò confusè, ſicut in rebus per ſeſe confuſis, congerātur omnia crimina, ſunt qui dubitent. equidem præeunte veterum quorundam quaſi facula ductus, ordinis laudatiſſimi cū certo iudicio rationē in hoc genere per iuris huius compilatores obſeruatam fuiſſe, per- 151
ſpicio. nam cùm duo ſint ſemperq́ue fue- Criminum
rint in Eccleſia Chriſtiana hominum ge- partitio bi-
nera, laïci nimirum & Clerici ſeu Eccle- membris.
ſiaſtici, cumq́ue partim ſanctionibus criminalibus communiter vel ex æquo teneantur

a l. 1. & 2. hoc tit.

b l. abſentem. in prin. verſ. ſatius, ff. de pœn.

neantur omnes tã Eccleſiaſtici quàm laici partim verò peculiaribus quibuſdam ſanctionibus obligentur Eccleſiaſtici; non alienum videbatur primùm de vtrorumque [a] ſimul delictis agere, deinde de ſolorum Eccleſiaſticorum exceſſibus, vt hæc iura loquuntur, ſeorſum [b]. Porro cùm illa

152 Ordo criminibus recitãdis idẽ qui Decalogi.

crimina quibus omnes delinquentes promiſcuè tenẽtur etiam Decalogi præceptis aduerſentur, Decalogus autem geminum contineat ius cuius alterum ad ipſius Dei Optimi Max. agnitionem & cultum, alterum ad mutua hominũ inter ſe ſpectat officia (quod nos & partitiùs & luculentiùs commõſtrauimus in Syntagmate de Decalogo ſeu legum fontibus) rectè & huic ordini conuenienter factum fuit vt hic priore loco [c] commemorarentur ea ſeu vitia ſeu crimina quæ agnitioni cultuique Dei repugnant; deinceps [d] autem ponerentur illa quæ cõuerſationem ſpectant cum hominibus, qualia ſunt præter inobedientiam parentum (qui medium quid ſunt inter Deum nobis & hominẽ) cædes, adulteria, furta, falſa teſtimonia.

153 Cur nihil in iure de alienorum concupiſcẽtia.

nam de ſola alienorum concupiſcẽtia per Decalogi quoque finem prohibita, nihil [e] in iudiciis humanis agi poteſt; quando cogitationis impiæ & cupiditatis indomitæ coërcitio ſolius eſt illius qui omniũ corda nouit & renes perſcrutatur vtpote verus καρδιαγνώςης Deus Optimus Max. iudex autem homo crimina duntaxat ea-

tenus

tenus punit quatenus manu quodãmo- 154
do tenere poterit. Igitur vt prius crimina contra Deum tendentia, quamuis conſequenter quoque rempublicam & Eccleſiam turbantia, recenſeamus, conſiderandum venit, hominis animum duabus potiſſimum facultatibus præditum eſſe, Intellectu & Voluntate: intellectus Deum agnoſcere iubetur; voluntas agnitum colere. cultus autem Dei tria in nobis requirit; animum ipſum, linguam ſeu os, & opus externum. quô prior pertinet Decalogi pars; quam vel maximè violant Simoniani, vel, vt noſtri loquuntur, Simoniaci, Iudæi, Saraceni, Hæretici, Schiſmatici, Apoſtatæ, baptiſmatis iteratores temeratoresque vel Anabaptiſtæ: qui cũcti partim à vera Dei cognitione partim à recto cultu diuino tum ſemetipſos tum ſuos aſſeclas auertunt ac reddunt alienos. 155
Sanè omnia crimina ad comparationem Simoniacæ hæreſis quaſi pro nihilo reputari ſcripſit [a] olim Paſchalis Pontifex Max. nempe quę vel ipſum Spiritum ſanctum ſibi quaſi mãcipium quoddam ſubijcere nitatur, vt pulcherrimè Tharaſius [b] Patriarcha Conſtantinopolitanus oſtendit. vt mirum non ſit, eam cæteris criminibus tanquam ducem quandam & anteſignanam præmitti 3. Cuius origo ſceleris licèt ex Actis [c] Apoſtolicis notiſſima ſit, vniuerſa tamen Simonis Magi nequitia longè pleniùs memoratur ab Epi-

Ordo Decalogi planè diuinus.

Simon cur totius choreæ Tragicæ ductor.

*Tit. 3.*

DE SIMONIA ET NE ALIQVID PRO SPIRITVALIBVS EXIGATVR VEL PROMITTATVR.

a cap. vlt. 1. q. 1. & c. per laic. §. hæc omnia. hoc tit.

b c. eos qui per pecunias, 1. q. 1.

c Act. 8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

156 Simoniacũ inter cętera eſt, hominē ſola fide iuſtificari.

Epiphanio [a]. memorabile quid attribuit Simoni Diuus Ireneus [b]; inter cætera videlicet hoc eum docuiſſe, ſola fide hominem iuſtificari. Simoniæ nomem ab hoc Simone Mago natū, voce(ſicuti videtur) ſatis antiqua, nempe quæ reperiatur & in priſca ſeptimæ Synodi [c] generalis verſione Latina.

157 Simoniæ vox antiqua.

Ius hoc Pontificium pronunciat [d] eos eſſe ſimoniacos, quotquot & quicunque vel ad ordines Eccleſiaſticos vel alia ſacramenta Eccleſiæ vel ad Eccleſiaſticas functiones vel ad Eccleſiaſtica beneficia vel ad vlla alia ſpiritualia vel ſpiritualibus annexa, ſiue per pecuniam ſiue per gratiam & fauorem, ſiue per quamcumque rationem aliam quàm per legitimam id eſt gratuitã & bene de Eccleſia merentium vocationē vel ſibi parant aut parare ſtudent, vel aliis patefaciũt aut patefacere ſtudent, aditum.

158 Simoniaci quinam iure hoc.

159 Pœnæ Simoniacorū & his auxiliantium.

quos adeò deteſtabiles reputat & ob id inuiſos habet Eccleſiaſtica legiſlatio, etiam nouiſſima [e], quemadmodum & eorūdem ſuffragatores & auxiliatores quoſlibet, vt ipſo iure ſint excommunicati, nec ab alio quàm à ſummo Pontifice abſolui queant; vt ab ordinum ſic acceptorum executione ſuſpenſi ſint; vt beneficiorum collationes & aliæ quæcunque prouiſiones viribus omnino careant, vel ius inde nullatenus acquiratur, ſi realis fuerit ſimonia neque tantùm conuentionalis vel mentalis quæ dicitur; vt quilibet etiam infamis & criminoſus

minoſus & ſeruilis cōditionis homo tum ad accuſandum tum ad teſtimonium aduerſus iſtos dicendum admittatur. quanquam cùm tria ſint Simoniacorum [a] genera, meritò benigniùs [b] agitur cum tertio genere; quod eſt eorum, qui non ſimoniacè quid conſecuti ſunt à Simoniacis. his non abſimiles 4 & illi cēſentur qui Eccleſiaſticam iuriſdictionem ſub annuo cenſu exercendam vel tradunt vel accipiunt (graui vtriſque pœna conſtituta [c]) quíve ſub annuo precio (vt ait Alexāder [d] tertius) ad Eccleſiarum regimen ſtatuuntur. hoc tamen ad prædiorum Eccleſiaſticorum locationem nō pertinet [e]: fructus enim Eccleſiarum ſub annuo cenſu concedi vel Eccleſiam. i. Eccleſiæ prædia locari ſeu ad firmam (vt noſtri loquuntur [f]) dari poſſe iuris eſt notiſſimi. Simoniacis item connumerantur & illi qui pro ſeminarij alicuius Eccleſiaſtici inſtituendi docendíve 5 poteſtate quippiā vel dederint promiſerintve vel acceperint exegerintve; ſiue de ſacrę Theologię magiſtris quęratur ſiue de pręceptoribus grammaticis. vt autem faciliùs tales magiſtri poſſint inueniri, ſalubriter conſtitutum iam olim fuit [g], vt Prælati & Capitula iuuenes aliquot in ſtudio Theologico continerent, qui per integrum quinquennium etiam abſentes beneficiorum ſuorū fructus integros perciperent, & quidem beneficiis fortè non ſufficientibus publico ſumptu

160 Tria Simoniacorū genera.

Tit 4. NE PRÆLATI VICES SVAS VEL ECCLESIAS SVB ANNVO CENSV CONCEDANT.

Tit. 5. DE MAGISTRIS ET NE ALIQVID EXIGATVR PRO LICENTIA DOCENDI.

161 Seminaria Eccleſiaſtica.

a c. ſtatuimus. cum c. ſeq. 1. q. 1.

b d. c. ſtatuimus. cum c. ſeq. & c. de ſimoniacè. & c. ex inſinuatione. hoc tit.

c c. 1. & c. 2. hoc tit.

d c. quoniam e. normis, hoc tit.

e c. vlt. hoc tit.

f c. veſtra 3. de locato & cō. ducto.

g c. ſuper ſpecula. hoc tit.

ſuſtentarentur & alerētur. Concilio quoque Tridentino [a] multa hûc pertinentia diligētiſſimè præſcribente. Iudæos [b] à nobiliſſima quidē ac regia populi Iſraëlitici id eſt Iacobini (Iacob enim Patriarcha dictus quoque fuit Iſraël) tribu Iudę nominari, & veri Dei cultores tú ante tum poſt legem Moſaicam fuiſſe notum eſt. at, quia Patris æterni filium vnigenitum Ieſum Chriſtum Dominum & liberatorem redemptoremq́ue noſtrum agnoſcere nolunt, Meſſiam ſuum ſemper adhuc & fruſtra præſtolantes & expectantes, à vero cultu diuino ſunt remotiſſimi, nobisq́ue Chriſtianis omnibus hoſtes infeſtiſſimi; quantumlibet à ſolo patrio ſint extorres; poſt excidiū ſub Tito & Veſpaſiano Imperatoribus Hiëroſolymitanum lōgè lateq́ue per orbem diſperſi, Principibus ac populis aliis paſſim tributarij.

*Tit. 6. De Iudæis et Saracenis et eorum servis.*

162 *Saraceni potiùs Agareni vel Iſmaëlitæ.*

Saraceni populi ſunt ex Agar ancilla Abrahami per Iſmaëlem orti, vnde potius Agareni vel Iſmaëlitæ ſunt appellandi; quáuis ipſi glorioſum Saracenorum nomē ſibi fraudulenter vſurpauerint à Sara eiuſdem Abrahami vxore, cuius nimirum conſenſu rogatuq́ue ille rem cum Agar Ægyptiaca habuerit & Iſmaëlem genuerit; vt hac ratione non tam ancillā Agar quàm ipſam Saram ſibi matrem iactabūdè fingant; ne videantur ipſimet (id quod ſunt) proles Abrahami illegitima vel ſeruilis & adulterina, ſed vera & genuina & legitima.

quan-

quanquam nõ deſunt [a] qui propterea Saracenos hoc ſibi nomen ſumpſiſſe ſcribant, quòd ex Eſau filio Iſaaci, nepote Abrahami & Saræ legittimo, ſe deſcendere dictitẽt: ſed hęc nominis ratio nimis longè videtur petita. Quoniam igitur & Iudæi & Saraceni complures viuunt inter Chriſtianos, nõ ſine grauiſſimo Chriſtianorum inficiendorum peruertendorumque periculo, cõſultiſſimè cauit Eccleſia [b] vt habitu peculiari à Chriſtianis diſtinguerentur; vt diebus paraſceues ædibus ſuis includerentur; vt Chriſtianos vel ſeruos vel famulos vel nutrices non haberent, licèt adſcriptitios colonos Chriſtianos habere non prohibeãtur [c]; vt omnes Chriſtiani cõmercium cum illis exercere prohiberentur [d]; vt in republica Chriſtiana publicis muneribus minimè præficerẽtur [e]; vt ſi quis illorum ſeruus baptizari velit, duodecim tãtùm ſolidis liberari vel inuitis etiã dominis poſſit [f]; aliaque id genus nonnulla, quæ pleniùs hic enumerari ſynopſios huius breuitas non patitur. Vt omnis hæreſion 7 præcideretur occaſio, prudenter hoc iure [g] conſtitutum fuit ne quiſquã ſacras literas interpretaretur ſeu concionãdi munus obiret niſi qui per Põtificem vel alios Catholicos Epiſcopos ritè & ſolẽniter ad id vocatus & miſſus eſſet; ac vt omnes [h] magiſtratus, etiã ciuiles, iuriſiurandi religione ad exterminandos & profligandos hæreticos obligarentur:

163 Leges dictę Iudæis & Saracenis inter Chriſtianos viuentibus.

*Tit. 7.* DE HÆRETICIS.

a *Celius Curio lib. 1. hiſtoriæ Saracenicæ.*

b c. *quia ſuper.* 4. & c. *in nonnullis.* 15. *hoc tit.*

c c. *Iudæi, hoc tit.*

d c. *quod olim. hoc tit.*

e c. *cùm ſit nimis.* & c. *penult. hoc tit.*

f c. *vlt. hoc tit.*

g c. *cùm ex iniuncto.* 12. c. *excommunicamus.* §. *quia verò.* & c. *ſicut in vno corpore. hoc tit.*

h d. c. *excommunicamus.* 13. §. *moneãtur. hoc tit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pœnis [a] multiplicibus ad hęreticos reprimendos neceſſariò ſancitis. Hæreticis abſimiles non ſunt Schiſmatici [8]; qui licèt in fide fortaſſis non errẽt, ab vnitate tamen corporis Chriſtiani ſeu Eccleſię Chriſtianę ſeſe ſubſtrahũt atque ſeparant, ordinis Hiërarchici contemptores: grauibus etiã ſubijciendi pœnis. per quos factæ vel ordinationes vel beneficiorum collationes vel aliæ quæuis Eccleſiaſticæ prouiſiones irritæ decernũtur [b]; licèt ſubinde per meram gratiam conualeſcant [c]. pronus eſt hinc [9], id eſt ex hęreſi vel ſchiſmate, lapſus in apoſtaſiã id eſt fidei Chriſtianæ renunciationem defectionémve; ex hæreſi quidem, vel in atheïſmum vel Ethniciſmum; è ſchiſmate verò, in ordinis hierarchici deſertionem defectionemque: quod geminum eſt apoſtaſię genus de quo tractatur hoc loco. quibus non inconuenienter ſubduntur Anabaptiſtæ ſeu retincti, contra Chriſtum Dominum & verum Chriſti ſacramentum baptiſmatis (quod non niſi vnicum eſt) contumelioſi, quinimmò ſacrilegi.

Tit. 8. DE SCHISMATICIS ET ORDINATIS AB EIS.

Tit. 9. DE APOSTATIS ET REITERANTIBVS BAPTISMA.

164 Ordinis ratio.

a toto tit.

b c.1. hoc tit.

c c.2. hoc tit.

165 Enumeratis hactenus iis criminibus quę principaliter aduerſus ipſum Deum tendunt & prioribus Decalogi pręceptis aduerſantur, conſequẽs eſt vt (quoniam nihil ſingulariter de honore parẽtum libris hiſce præcipitur) ordine dicamus de cæteris criminibus quæ poſteriora Decalogi pręcepta circa ſocietatis humanæ conſeruatio-

De criminibus tabulæ Decalogi ſecundæ aduerſantibus, & Ordinis inter illa ratio. 1. c.

uationem verſantia violant. Societas igitur humana tribus potiſſimùm officiorũ mutuorum generibus continetur; rerum externarum æquabili quadã temperatione[a], orationis linguæque communicatione[b], cogitationis denique & animi aliorum in alios moderatione tanta vt ne quid alienum vel concupiſcatur quidem; quali de nuda concupiſcentia iudiciis humanis nihil agi poſſe ſuperiùs monebamus. Æquabilem illam vitæ ſocietatiſque humanæ temperationem conturbãt affectus praui, quorum fontes hi ſunt; ira, libido, cupiditas. ex ira, cędes atque latrocinia; ex libidine, ſcortationes & adulteria; ex cupiditate & auaritia, furta & rapinæ. linguę verò & orationis communicationem turpiſſimè conſpurcãt atque defœdant mendacia falſaque teſtimonia. De ſingulis itaque breuiter & eodem ipſo prorſus ordine diſpiciamus. Cædis omnium grauiſſimũ & atrociſſimum genus eſt parricidium 10. ſanè mater quæ filium iracundię furore incenſa occiderit, perpetuam in monaſterio pœnitentiam peragere iubetur[c]; niſi vel vidua cùm ſit propter incontinentiæ metum nubẽdi facultate eam non priuari ſatiùs eſſe videatur Eccleſiæ, vel habens maritum liberoſque iudicetur expedire vt & marito adſit & liberos ſuos regat atque aliam aliquam ſui ſceleris pœnam luat[d]. Sin infans aliquis inter ſuos parentes cubantes iacens repe-

a de qua titt. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

b de qua titt. 20. 21. 22.

c c. 1. hoc tit.

d c. 2. hoc tit.

166 3 fontes affectuũ prauorum.

Tit. 10. DE IIS QVI FILIOS OCCIDERVNT

riatur mortuus, neque conſtet vnde id illi acciderit, impunè quidem id ferre parentes non debent, attamen triſtiſſimi caſus habita ratione [a]: ſibi certè conſciis parentibus trium annorum pœnitentia indicitur, quorum vnum integrum pane duntaxat & aqua tranſigentes victitent. His non abſimiles habentur & iſti qui filios quidem ſuos non interficiũt, ſed eoſdem vel infantes vel etiam languidos exponunt [11]. videtur enim necare qui abijcit & alimoniam denegat [b]. quamobrem talis vel à parẽte vel à patrono vel à domino vel ab alio quolibet ipſis aut ſcientibus aut ratum habẽtibus expoſitus, à patria poteſtate libertinitate ſeruitute liberatur; neque tamen ille qui tali ſubminiſtrat alimenta ius aliquod propterea vel ſeruitutis vel nexus cuiuſlibet in eum acquirit [c]. Cæterũ vt apertiùs perſpiciatur, quæ, qualis, & quanta debeat homicidis quibuſlibet infligi pœna, neceſſariò diſtinguendum eſt, ſtudióne an [12] caſu cædes fuerit perpetrata. Studio enim ac data opera & præſertim inſidiosè aliquem interficiens, quantumlibet antè prouocatus, capitale crimen committit; adeò vt ne altare quidem ipſi ſit [d] aſylum: ſic nimirum vel ipſa lege [e] diuina volente. Latronem tamen ſi quis interfecerit, cùm aliter ſe defendere non poſſet, non ſolùm per leges impunè fert, verumetiam per ius hoc Pontificium omni pœnitẽtiæ expiatione

Tit. 11. DE INFANTIBVS ET LANGVIDIS EXPOSITIS.

Tit. 12. DE HOMICIDIO VOLVNTARIO VEL CASVALI.

a c. 3. hoc [illegible]

b l. necare ff. de agnoſc. & al. lib.

c c. vnic. hoc tit.

d c. 1. [illegible]

e Exod.

piatione caret [a]: quod & de fure [b] nocturno intelligendum eſt. Homicidis autem his annumerantur & iſti qui impediendæ procreationis cauſa vel pharmaca vel veneficia vel incantationes quaſcunque mulieribus adhibuerint [c], vel abortui cauſam dederint [d] cùm fœtus iam viueret; quive homicidis operam dederint, vel ſeſe adiunxerint, vel auctores interfectionis fuerint [e]. Certè quempiam interficiens, quantumlibet hoſtem iuſtum & inimicum religionis, vel cauſam interficiendi dans [f], irregularitatem (quam noſtri vocant) incurrit [g]. quanquam ſi magiſtratus ipſe Ciuilis pœnam ſanguinis alicui infligat ex cauſa quapiam ciuiliter apud ſe per quèlibet inſtituta [h], vel etiam ex homine facinoroſo indicato [i], talis vel inſtitutor vel actor vel iudex propterea non ſit irregularis. At verò ſi omnino caſu cædes fuerit commiſſa & quidem cùm rei licitæ opera daretur & omnis culpa prorſus abeſſet, homicidij crimen non committitur [k]. crimen tamen cenſebitur ſi non adhibuerit quis eam diligentiam & curam quam alioqui debuit ille qui rei licitæ operam dabat [l], vel ſi muneri alieno ſe immiſcuerit, vt ſi monachus artem chirurgicam exercens caſu aliquem extinxerit [m], denique quandocunque cædes caſu ſit canonibus prohibito, culpa grauiſſima iudicatur: adeo quidem vt ſi quis in conflictibus illis equeſtribus

a c.2. hoc tit.
b c.3. hoc tit.
c c. ſi aliquis. hoc tit.
d c. ſicut ex literarum. hoc tit.
e c. ſicut dignū. hoc tit.
f c. de cætero. hoc tit.
g c. petitio tua. hoc tit.
h c. poſtulaſti. hoc tit.
i c. tua nos. §. ad vltimum. hoc tit.
k c. dilectus ſilius. & multis aliis capp. hoc tit.
l c. presbyterū. & c. ad audientiam. hoc tit.
m c. tua nos. in princ. hoc tit.

Tit. 13. DE TORNEAMENTIS.

& ludis haſtalibus (quos vulgus tornea-
menta 13 vocitat) fuerit interfectus, Ec-
cleſiaſticæ ſepulturæ tradi prohibeatur[a];
niſi fortè non pugnandi cauſa veniens at
obiter ob ſua negotia præteriens ab e-
quis fuerit oppreſſus[b]. ſunt enim omnia
illa certaminum genera quibus vitæ peri-
culum creatur prohibita. inter quæ eſt &

Tit. 14. DE CLERICIS PVGNANTIB. IN DVELLO.

duellũ 14, quam monomachiã Græci ap-
pellant. cùm Deus hac pugnandi ratione
tentari videatur & multarum animarum
periculum agatur, non pugnantium dun-
taxat ſed & ſpectantium. quare Clericus
duellum vel offerens vel ſuſcipiẽs, ab or-
dine ſuo remouetur[c], niſi nõ ſecuta mor-
te neque membri mutilatione diſpenſan-
dum cenſuerit Epiſcopus. quin etſi quis
per alium quempiam duellum ſuſceperit
qui aduerſarium interfecerit, ipſe nihilo-
minus redditur irregularis; licèt hoc in
caſu diſpẽſationi quoad beneficium quo-
que ſit locus[d]. Poſtremò vitandi homici-

Tit. 15. DE SAGITTARIIS ET BALISTAR.

dij gratia aduerſus Chriſtianos & Catho-
licos bellum inter ſeſe gerentes ars 15 iſta
mortifera ſagittariorum & baliſtariorum
ſub anathematis id eſt excõmunicationis

Tit. 16. DE ADVLTERIO ET STVPRO.

pœna prohibetur. Adulterium 16 licèt in
alienam coniugem propriè[e] cõmittatur,
vt ſtuprum in virginem viduámve, tamen

167 Adulter iure Põtificio quiſnam.

hoc iure Pontificio par eſt viri & vxoris
torum coniugalẽ quomodocunque vio-
lantium cauſa, propter mutuæ fidei ſacra-
mentum. quamobrem ſeparatio tori tam
vxori

vxori contra maritum alteri cuicũque ſeſe miſcentem quàm viro contra vxorem adulterãtem permittitur. Adulter, inquit Feſtus Pompeius, & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram & hæc ad alterum ſeſe conferunt. Si vir vxorem ſuam quàm ſcit adulterari, nihilominus retineat, eiuſdem quoque ſemetipſum criminis reum[a] facit. Ac tametſi ob ſolas nudasque ſuſpiciones aliquem accuſare periculoſum ſit, marito tamẽ vxorem vel propter nudam adulterij ſuſpicionẽ impunè accuſare licet[b]. Qui verò virginẽ conſtuprauit, eam ex lege Moſaica Chriſtianis legumlatoribus approbata[c] vxorẽ habere atque dotare tenetur. ſin ipſa nolit hũc virum, pro modo dotis quam virgines accipere ſolẽt nihilominus eam dotabit. E contrario autem ſi conſtuprator ipſe hanc noluerit vxorem ducere, datione dotis mulctatus & corporaliter caſtigatus & excommunicatus in monaſterium pro ſalutari pœnitentia retrudetur[d]. Furtum nõ ſolum dicitur quod clàm fit & in furno id eſt obſcuro[e] ac tenebris, verumetiam quod vi: quanquam hoc propriè rapinæ illud furti nomen obtinuit. vnde raptores dicuntur qui vi aliquid eripiunt; quẽadmodum qui puellam vel mulierem vi abducũt, raptus crimen incurrunt; quiq; liberos homines furantur, plagiarij nominantur. nec etiam furti rapinæve nomen euitant & illi qui vſuras exercent. Nam vt D. Ambroſius[f]

168 Furtum quàm latè pateat.

a ſi vir ſciẽs. ...c tit.

b c. maritus, hoc tit.

c c.1. hoc tit.

d c.2. hoc tit.

e Inſtit. de vi bon. rapt. in princ.

f c. ſi quis vſu- ...14 q.4.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ait, ſi quis vſuram accipit rapinam facit & vita non viuit; nec minus reſtitutioni eſt obnoxius [a] fœnerator quàm aut fur aut raptor. inter omnia igitur furti genera nullum eſt grauius ſacrilegio [17] & violatione & cõcrematione templorum Deo Opt. Max. vel Diuis eiuſdem dedicatorum; quod crimen & excommunicatione & Eccleſiaſticæ ſepulturæ priuatione (niſi pœnitentia fuerit ſecuta) punitur [b]. huic proximum eſt raptus; quem ibi committi ſcribit Lucius tertius [c] Pontifex vbi nihil antè de nuptiis agitur. quinimmo ſi poſt raptum verè commiſſum puella ſeu mulier raptori in nuptias vltrò conſenſerit, criminis pœna ceſſat [d]. De plagiariis [18] certe conuictis capitale ſupplicium lege Moſaica ſumitur [e]. alioqui fures alij præſertim occulti poſt ablatorum reſtitutionem à ſacris etiam ordinibus non arcentur [f]. atque adeò furtum ſimplex in famis aut nuditatis neceſſitate committens leuiſſimo pœnitentiæ genere puniri ſolet [g]; modò tandem reddiderit fur huiuſmodi ablatum ſi poſſit; cùm iuxta D. Auguſtini dictum non remittatur peccatum niſi reſtituatur ablatum [h]. Vſuræ [19] nomine intelligimus quidquid amplius ab aliquo exigitur quàm eſt illud quod ipſi datum eſt. vel vt breuiùs ait Gratianus [i], quidquid vltra ſortem exigitur; ſiue illud in pecunia ſiue in mercibus ſiue in tritico ſiue in vino ſiue in oleo ſiue quacũque demum

Tit. 17. DE RAPTORIBVS, INCENDIARIIS, ET VIOLATORIBVS ECCLESIARVM.

169 Raptus.

Tit. 18. DE FVRTIS.

Tit. 19. DE VSVRIS.

a § fenera- ... 14. q. 1. c. vlt. hoc

b 1. & 2. C. de ffrac.

c c. 1. hoc tit.

d c. vlt. in om... c. ... hoc tit.

e c. 1. hoc tit.

f c. lict adre- gimen, & c. quàm graui. hoc tit.

g c. ... audien- tiam & c. ... falſariorum. hoc tit.

h c. ſortilegi. 26. q. 1.

mum alia in re conſiſtat. quare ſi mutuum dederis & pignus acceperis cuius emolumēta vel fructus abs te percepti deductis ſumptibus ſorti reſpondeant, & pignus illud reddere teneris & debitor liberatus erit abſque vlla [a] alia ſolutione. quod tam Ciuili [b] quàm Pontificio [c] hoc iure cautū reperitur. De pœnis [d] fœneratorum nihil hic dicimus ne ſimus longiores. ignotum nō eſt Catonis hominis Ethnici de fœnerantibus iudicium. Falſi crimen [20] variè committitur; nunc teſtimoniis in iudicio dicendis, nunc ſcripturis ac monumentis literarū conficiendis, nūc moneta cudenda, nunc aliis ac aliis modis compluribus. Teſtis falſus tribus fit obnoxius, vt D. ait Auguſtinus [e]; primùm, Deo cuius pręſentiam contemnit; inde, iudici quem peierando mentiendóve fallit; poſtremò, homini innocenti quem falſo teſtimonio lędit. rationes deprehendēdi criminis huius in literis Pōtificiis admiſſi varias enumerat Innocentius 3 [f]. Certè ſententia iudicis per occaſionem falſarum literarū lata, executioni mandāda non eſt. pœnaq; clericos falſarios grauiſſima [g] manet. A falſi crimine non aliena ſunt ſortilegia [21]; ſunt autē ſortilegi (definiente Iſidoro [h] Hiſpalenſi) qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam quas Apoſtolorum ſeu Sanctorum vocant ſortes, diuinationis ſcientiam profitētur, aut quarumcumq; ſcripturarū inſpectionibus futura promittūt. quin & Hono-

*Tit. 20.* DE CRIMINE FALSI.

*Tit. 21.* DE SORTILEGIS.

a ſi fœnera-...14. q. 1. c. vlt. hoc ...

b 1. & 2. C. ... diſtrac. ...

c c. 1. hoc tit.

d c. quia in om-... ubus. & c. ...nes, & ... hoc tit.

e c. 1. hoc tit.

f c. licet ad re-...gimen. & c. quam graui. hoc tit.

g c. ad audientiam & c. ad falſariorum. hoc tit.

h c. ſortilegi. 26. q. 1.

170
Sorte ne fiant electiones Eccleſiaſticæ.

Honorius [a] tertius Pontifex vſum ſortis cuiuſlibet in electionibus Eccleſiaſticis perpetua prohibitione damnauit. furta quoque ſi quis per ſortes requiſiuerit, per quadraginta dies pœnitere [b] cogitur; atq; ſacerdos in furtis requirẽdis inſpectione aſtrolabij vtens grauiter punitur [c]. Quin & colluſores 22 in litibus, à falſi crimine non excuſantur. quo fit vt de beneficio Eccleſiaſtico per colluſionẽ litigantes (vt illud nimirum poſtea per tranſactionem ſcilicet vel aliter interueniente penſione perueniat ad actorẽ) in perpetuum omni ſpe [d] beneficij huius de quo ſimulatè litigauerunt, priuentur. In criminalibus item cauſis accuſatione per colluſionem derelicta, nihilominus ex officio per ipſum iudicem vel per nouam accuſationẽ iterum criminale iudicium inſtaurari poterit [e]. Atque hæc quidem omnia quæ de criminibus tam priori quàm poſteriori Decalogi parti aduerſantibus dicta ſunt, ita ſemper accipi debent vt in 23 pueris decimum quartum ætatis annum nondum egreſſis ea lõgè mitius puniri [f], quinimmò frequenter ne vllo quidẽ modo puniri [g] meminerimus. Hactenus de criminibus, quæ tam in laicis quàm in Clericis promiſcuè notantur atque puniũtur; iam ordinis à me præmiſſi ratio poſtulat vt de criminibus nonnullis Clericorum peculiaribus agatur ſeorſum. nam cùm homines Eccleſiaſticos ſeu Clericos exẽplum vitæ

171
Per aſtrolabiũ ne furta perquirantur.

Tit. 22.
DE COLLVSIONE DETEGENDA.

Tit. 23.
DE DELICTIS PVERORVM.

172
De criminibus Clericorũ peculiaribus, quæ trium ſunt generum.

vitæ & omnis modeſtiæ pietatiſque reliquo populo ſe deceat exhibere, meritò quædam culpantur & reprehenduntur & puniuntur in illis quæ vel [1] omnino non 1
habent in aliis hominibus reprehenſionē vel [2] certè leuiùs feruntur vel [3] etiā locum 2
prorſus non inueniunt vt in ſolos homi- 3
nes Eccleſiaſticos cadentia. Primi generis eſt, eſſe venatorem [a]; ſecundi, percuſſorē [b] vel maledicum [c]; tertij, ſacrorū ſacramentorumque adminiſtrum illegittimum id eſt canonibus minimè cōformem [d]. Quæ ſingula ſic accipe, ſiue de promiſcuo communique omniū Eccleſiaſticorum grege quæratur ſiue de eorūdem Prelatis [e] ipſis; item ſiue de vtentibus iure communi, ſiue de illis etiam qui priuilegiis [f] quibuſdam præ cæteris donati ſunt: quia de Prælatorum deque Priuilegiariorum ſeu Priuilegiatorum (ſicuti loquuntur noſtri) criminibus & exceſſibus peculiaria quędā conſtituuntur.

*Tit. 24.* DE CLERICO VENATORE.

Igitur venatio [24] viris Eccleſiaſticis planè prohibetur; tam Epiſcopis, Preſbyteris, Diaconis, quàm aliis Eccleſię miniſtris atque Clericis quibuſcunque. quo fit vt neque canes venaticos nec accipitres nec falcones ipſis alere permittatur [g]; pœnis pro perſonarum varietate variis per Aurelianenſe Conciliū [h] ſancitis.

*Tit. 25.* DE CLERICO PERCVSSORE.

Percuſſor [25] hic nominatur qui ad pugnas & conflictus propēſior & paratior alios vel ipſe verberat vel verberari curat. qui non ſolùm grauiter corripiendus eſt ſed

& offi-

a …24.
b …25.
c …26.
d …27. 28. …29. 30.
e …31. 32.
f …33.
g c. poſteriore. hoc tit.
h c. prior. hoc tit.

& officio ſuo niſi reſipiſcat mouendus[a], quin & Epiſcopus ipſe crudeliter quempiam fuſtibus cædi iubens per duos menſes à ſacrorũ adminiſtratione iubetur abſtinere[b]. ſi quis tamen Clericus in repellenda vi ſeſe defenderit lapidesq́ue proiecerit vndè mors inſecuta non eſt (quantumlibet manibus aliorum in eodem cõflictu pugnantium quis interierit) nec vt homicida punitur[c] nec ab ordinũ ſacrorum ſuſceptione arcetur[d]. Maledici[26] cùm in ſummum Pontificem Pontificiſve poteſtatem, tum blaſphemi ſimul in ipſum Deum vel D. Virginem vel alios Diuos non ab Eccleſiaſtico tantùm iudice ſed & à Ciuili magiſtratu (quem compellere debet adhoc, ſi videatur opus, iudex Eccleſiaſticus) grauiſſimè puniendi ſunt; vt pœnæ grauitas terrorem incutiat aliis. Sacrorum ſacramentorúmve adminiſtri[27] illegittimi ſeu Canonibus minimè conformes deprehenduntur omnes iſti qui vel excommunicati ſunt vel depoſiti vel interdicti; vel qui ſacros ordines omnino non ſuſceperunt[28], vel ſi ſuſceperint non ordine tamen neque rectè, ſicut oportebat, ſed aut per ſaltum[29] (vt noſtri loquuntur) aut clàm ac furtim[30] ſeu quaſi per obreptionem eos conſecuti fuerunt. omnes hi miniſtrando peccant. miniſtrare autẽ hic accipe pro λειτουργεῖν vel ſacrificare; ſicut illic[e], *Miniſtrantibus illis* &c. quorum omnium & ſingulorum quænam

*Tit.26.* DE MALEDICIS.

*Tit.27.* DE CLERICO EXCOMMVNICATO, DEPOSITO, VEL INTERDICTO, MINISTRANTE.

*Tit.28.* DE CLERICO NON ORDIN. MINISTRANTE.

*Tit.29.* DE CLERICO PER SALTVM PROMOTO.

*Tit.30.* DE EO QVI ORDINES FVRTIVE SVSCEPIT.

173 Miniſtrare quid.

quænam ſint pœnæ, cuiuis in promptu eſt inſpectis titulis videre. Prælatorum delicta vel exceſſus [31] in ipſorum ſubditos variè committuntur; nunc in exactionibus indebitis faciendis & exercendis, nunc in iuriſdictione ſua contra vel præter ius & æquum adminiſtranda, nunc in auctoritate rerum quoque illarum quæ ſolius Pontificis Romani ſunt gerendarum ſibi ſumenda, nunc in priuilegiis aliorum violandis, nunc alio quocumque modo limitibus tum legittimæ ſuæ functionis tum rationis temerè tranſiliendis & excedendis. à quo quidem excedendi verbo nominantur Pontificio iure hoc EXCESSVS [a]. Debent quidem ſubditi ſuis Prælatis obedientiam & varia officiorum genera [b]; ſiue in fide debita præſtanda ſiue in vitæ ſuæ totius innocentia rebus ipſis declaranda; ſed Prælati ſuos viciſſim ſubditos charitate quadam paterna complecti debent. alioqui Prælatorum exceſſus ita iubent puniri Pontifices vt illorum exemplo cæteri terreantur [c], & quidem vt eorundem imperio contra aliena priuilegia quid iubentium impunè non pareatur [d]. Sanè ſi de crimine quopiam à ſe commiſſo quis Clericus gloriaretur, ſiue Prælatus eſſet ipſe ſiue ſubditus, is ab omni officio & beneficio ſuo ſuſpendendus eſſet [e]. Atque inter alios quidem cùm Clericorum cæterorum tum Prælatorum exceſſus eſt & noui ope-

Tit. 31. DE EXCESSIB. PRÆLATORVM ET SVBDITORVM.

174 Mutua Prælatorũ ſubditorumq; opera, & mutuũ officium.

175 Gloriatio de crimine turpiſſima.

a In hoc tit. et alibi paſſim.

b cap. 6. 14. 15.

c c. 1. hoc tit.

d c. Sanè, hoc tit.

e c. quàm ſit. hoc tit.

*Tit.* 32. DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE.

ui operis in alterius præiudicium inchoatio molitio [32] & erectio. quamobrem ſi nouum opus molienti nunciatio (hoc eſt prohibitio ſolennis) iuſtè fiat, quidquid pòſt ædificauerit id vniuerſum ſuis ipſe ſumptibus demoliri cogetur, etiãſi ædem aliquam ſacram extruxerit [a]. eſt autem in arbitrio & optione [b] nunciãtis, vtrùm intra tres menſes de præiudicio ſuo docere (interim opere ceſſante) an verò recepta cautione de diruendo reſtituendoq́ue interim ædificare permittere malit. Reſtat hoc duntaxat vt de eorũ delictis qui certis quibuſdam priuilegiis [33] præ cæteris gaudent, ac obiter hac occaſione de priuilegiis ipſis, breuiſſimè dicatur.

*Tit.* 33. DE PRIVILEGIIS ET EXCESSIB. PRIVILEGIATORVM.

Hos ita priuilegiis donatos ius Põtificium vocat *Priuilegiatos*, Vlpianus [c] & alij ſcriptores Latini *Priuilegiarios*; vt & ius hoc *Beneficiatos*, quos alij auctores Latini *Beneficiarios*. De priuilegiorum igitur vel interpretatione vel ſententia ſemper iudicandum & æſtimandum erit ex ipſorum formula ſeu tenore, qui diligenter inſpiciendus [d] eſt: ſecundum hunc accuratè ſeruãda ſunt priuilegia. Sed priuilegiorum literis fortè deperditis, nihilominus per teſtes idoneos qui eas ipſi viderint & legerint & ſine vitio fuiſſe adſeuerauerint, probata earundem literarum ſententia, pro talibus iudicanda ſunt priuilegia qualia ex teſtimoniis huiuſmodi fuiſſe liquet [e]. Alienorum violatores priuilegiorũ, ſuis ipſi priuilegiis

a ...dilecti. hoc ...it.

uilegiis meritò priuantur[a]. Cauendum verò cumprimis eſt ne ſuo quis priuilegio abutatur, alioqui periculum eius adimendi & amittendi ſubiturus. nam tametſi quis inſignitus priuilegio Clericali, ſine habitu & tonſura more laicorũ comprehendatur in delictis à Ciuili Magiſtratu, & ab eodem puniatur, Eccleſia æqui boniq́ue cõſulere ſolet; quia malitiis hominum indulgeri non debet ſed potiùs obuiari, vt Honorius 3 Pontifex ad Angliæ Reginam ſcripſit[b]. Quod ſi qua ſit Eccleſia quę per integros annos[c] 40 priuilegio ſibi conceſſo non vtatur, tali ſuo priuilegio renunciaſſe ſatis intelligitur.

b ...ex parte ...ua fuit proposition, 27. hoc tit.

c ...accedentibus hoc tit.

Poſt explicatas criminalis iudicij inſtituendi rationes, enumeratis deinceps ordine criminibus omnibus quæ in Eccleſiaſticum forum deducuntur, partitionis à nobis initiò factæ ratio poſtulat vt de pœnis, hoc eſt de tertio totius huius Decretalium libri quinti membro, tandem tractetur. De pœnis infligendis quæritur in duobus delinquentium generibus: vnum[1] genus eſt eorũ qui de crimine quopiam vel criminibus malè duntaxat audiunt.i.publicè diffamantur atq; ſuſpecti ſunt licèt conuinci nequeant; alterum[2] genus eſt eorũ qui præterea iam vel conuicti ſunt vel in iure confeſſi. diffamatis indicitur antea purgatio, cõuictis vel pro cõuictis habitis infligitur propriè pœna. Purgationis item genus duplex eſt; cuius

176 Tertiũ totius huius libri membrum generis duplicis.

1

2

177 Canonica vulgariſq; purgatio cur ſic dicta.

alterum iure Canonico approbatur ideóque purgatio Canonica dicetur; alterum tanquam à cœci vulgi temeritate natum reprobatur, quæ vulgaris hinc purgatio nominatur. Quoniam igitur deficientibus probationibus vel cõfeſſionibus nemo iure puniri debet (niſi crimen omnino ſit notorium[a]) cùm tamen è contrario indigniſſimum ſit cum ſceleratis hominibus licèt non conuictis attamen vehementer ſuſpectis diſſimulare, non ſine maxima grauiſſimaque totius populi offenſione; ſalubriter hoc 34 iure Pontificio cautum fuit vt de criminibus ita ſuſpecti cogantur ſuam innocentiam per iuſiurandum ſuum ipſimet profiteri; teſtibus item pluribus viris integerrimæ fidei ſimul adductis qui quoque iurati confirment ſeſe credere iuſiurandum hoc profitentis (quē probè nouerint) eſſe verum. quod noſtri ſatis accommodato huic rei verbo *purgare* dixerunt. Atque Epiſcopus quidem ſeſe purgans, per alios adhuc duodecim ſui ordinis olim ſeſe purgare tenebatur; ſacerdos, per ſeptem; Diaconus, per tres. id quod noſtri[b] appellant duodecima vel ſeptima vel tertia manu iurare. ſed hoc paulò nuncaliter de numero compurgatorum partim faciliore partim difficiliore pro circumſtantiarum videlicet varietate videmus[c] eſſe cõſtitutum. Deficiens in purgatione, tanquam conuictus[d] puniri conſueuit. Alterum purgationis genus

Tit. 34. DE PVRGATIONE CANONICA.

178 Quota manu iurare.

nus vulgo; ſmultos apud populos vſitatum ſed canonibus improbatum [a], vel duello fit vel candenti ferro vel aqua feruenti vel etiam frigida [b] vel aliter. ita ſcilicet vt ſi quis in duello fuerit ſuperior vel candentis ferri vel aquæ feruentis contrectatione ſumptionéve non lædatur vel aliter quaſi miraculo liberetur ac euadat, innocens iudicetur, & rectè ſeſe purgaſſe credatur. ſtulta res ac temeraria. Cęterùm, ſicut in purgatione deficiētem puniri diximus, ita è contrario canonicè ſeu legitimè ſeſe purgans abſoluitur. immò cuius fama per iniuriam læditur, is aduerſus inſectatores iniuriarum habet actionem [c]. quo fit vt & hoc loco de iniuriis & damno dato; [6]ius Pontificium agat. maximè autem, quòd pœnæ, de quibus mox dicetur, ſine fraude vel iniuria aliqua præcedente nemini poſſint infligi. Damnum, inquit Paulus [d] Iuriſconſultus, & damnatio, ab ademptione & quaſi diminutione patrimonij dicta ſunt. quod idem & longè ante Paulum hunc Marcus Varro de lingua Latina adnotauerat [e] dum lucri & damni Etymon traderet. Et ſiquidē damnum datum fuerit per iniuriam, ex L. Aquilia [f] competit actio; ſin damnū à quadrupide [g] datum ſit, pauperies propriè dicitur. De vtroque damni genere pleniùs in Pandectis. exempla autem tum iniuriæ tum pauperiei potiſſimùm hîc ex lege Moſaica [h] ad verbum recitantur [i] atq;

bb ij ciui-

Tit. 35. DE PVRGATIONE VVLGARI.

Tit. 36. DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

179 Ordinis ratio.

180 Damnum vnde ſic dictum.

a ...to hoc tit. et ...onſuluiſti. ...245.

b ...uomodo fiat ...r purgatio ...umus ad ...ſententiam ...nguinis. Ne ...er vel mo... ...ch. neg. ſe... ...l. ſe immiſ... ...am. 17.

c ...item apud ...abeonē. §. ...ſi quis libello. ...de iniur. et ...amoſ. libel.

d l. 3. π. de ...dam. infect.

e ...Marc. Varro ...de ling. Lat. ...lib. 4.

f ...to tit. π. ad ...Aquil.

g ...to tit. π. ſi ...quad. paup. ...ſ dicatur.

h ...Exod. 21. & 22.

i ...cap. 1. 2. 3. ...4. & 5.

181 Damna & Expenſę ſeparantur.

ciuitate Chriſtiana donantur. Sed aliud
eſt damnorũ reſtauratio, aliud ſatisfactio
expenſarum, vt hoc loco Gregorius [a] nonus docet. quamobrem iuſiurandum de
damnis non reſtaurãdis interpoſitum, ad
expenſarum repetitionẽ nequaquam extenditur.

Tit. 37. DE POENIS.

Sed iam tãdem de pœnis 3 7 ipſis,
quarum occaſione tres hi tituli ſuperiores proximè memorati præceſsêre, dicamus. *Pœna* generali nomine, ſicut Vlpianus definit [b], *eſt omnium delictorum coercitio; mulcta, ſpecialis peccati; cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt.*

182 Quàm latè pateat hic titulus.

Atque hoc quidem titulo non ſolùm de pœna in criminalibus 1 iudiciis agitur, verumetiam de
1
2 pœna tum condemnationis in expenſas 2
ex cauſis etiam pecuniariis [c], tum conuentionali 3. quam tamen conuentiona-
3 lem pœnam neuter contrahentium petere poterit ſi vterque aduerſus cõtractum
venerit [d]; & ad quam pendendam non teneri eum qui ad certam quantitatem ſoluendam ſub pœna obligatus erat, ſi ad
diem dictum maiorẽ eius quantitatis partem ſoluerit, æquitate ſumma ſic poſtulante conſtituit Innocẽtius [e] tertius Pontifex.

183 Pœnæ criminum.

De pœnis propter crimen infligendis hoc primùm in genere ſtatuit Concilium Toletanum [f] *vt ea quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti ſententia condemnentur.*

184 Eccleſiaſticæ pœnæ multiplices.

Pœnarum autem Eccleſiaſticarum criminibus deſtinatarum de quibus hîc loquimur varia ſunt genera; quarum

rum tamen nullæ ſanguinis habent effu-
ſionem, cùm illa pœna non Eccleſiaſtici
ſed ſecularis fori ſit, & ius Pontificium fa-
cinoroſos homines non è medio tolli ſed
emendari velit: quandoquidem non a-
lium ſpectat finem quàm animæ ſalutem.
Cunctarum autem pœnarum Eccleſiaſti-
carum grauiſſima eſt excommunicatio[1], 1
de qua paulò pòſt peculiaris titulus eſt.
ſecundum obtinet in pœnarum Pontifi-
ciarum catalogo locum degradatio[2] no- 2
ſtris dicta; qua fit vt vir Eccleſiaſticus ob
crimen aliquod atrox à ſe perpetratum
priuilegiis omnibus clericalibus & ordi-
nibus ipſis Eccleſiaſticis exſpoliatus (cha-
ractere nihilominus vt indelebili rema-
nente) curiæ brachióve ſeculari relinqua-
a tur: ita tamen vt iudex Eccleſiaſticus eiuſ-
c. nouimus. §. dem degradati Rei mortē deprecari[a] de-
de verb. ſign. beat apud iudicem ſecularem. non ſolùm
enim ſanguinis pœnam nō debet ipſe iu-
dex Eccleſiaſticus irrogare, verumetiam
b ab omni voto ſeu deſiderio ſanguinis ef-
c. quod in dubiis, fundendi longiſſimè abeſſe[b]. Quanam
hoc tit. verò ſolennitate degradatio iſta fiat, co-
c piosè docet Bonifacius[c] octauus. Huic
c. degradatio. lib. 6. eod. pœnę proxima eſt ad carceres[3] perpetuos 3
d condemnatio. *quamuis enim*, vt idem Bo-
c. quamuis. lib. 6. eod. nifacius[d] ait, *ad Reorum cuſtodiam non ad
pœnam carcer ſpecialiter deputatus eſſe no-
ſcatur, nos tamen non improbamus, ſi Clerici
confeſſi de criminibus vel conuicti (eorum ex-
ceſſibus & perſonis cæteriſq́ circūſtantiis pro-*

*uida deliberatione penſatis) in perpetuum vel*
*ad tempus, prout viſum fuerit expedire, car-*
*ceri mancipentur ad pœnitentiam peragendã.*
Ab hac pœna non eſt aliena & in arctum
aliquod monaſterium 4 detruſio [a]. non- a c. tuæ dile-ctionis, hoc tit.
4 nunquam etiam exilij 5 pœna infligitur, &
5 character ſeu [b] ſtigma 6 imprimitur, vel b c. ad abolendam
6 verbera 7 dantur ita tamen ne ſanguis [c] e-
7 rumpat. Quin & beneficiorum & digni- c
8 tatum & priuilegiorum ademptionem 8, c. cum beatus
9 ſuſpenſionem 9 ſeu ab officio ſeu à benefi-
10 cio, interdictionem 10, inter pœnarum ge-

185
Ne mulcta pecuniaria delinquentibus infligatur.

nera eſſe non eſt obſcurum. Pecuniariam
certè pœnam ſeu mulctam propter deli-
ctum aliquod exigi promiſcuè, quia id de
radice cupiditatis & auaritiæ prodire vi- d
detur, Honorius [d] quartus Pontifex me- c. licet, hoc tit.
ritò vetuit. Pœnis hiſce connumerantur
11 & pœnitentiæ 11. Pœnitentias 38 hic in-

Tit. 38.
DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

telligimus pœnas illas, vel, vt ſignifican-
tiùs exprimatur, illum expiandi modum
qui peccata ſua Catholico more cõfiten-
tibus ab habente poteſtatem ſoluendi li-
gandique pro ſatisfactione quadam præ-
ſcribitur & iniungitur. Ad huiuſmodi ve-

186
Confeſſionis Chriſtianæ neceſſitas.

rò confeſſionem vnũquemque Chriſtia-
num (poſtquam doli fuerit capax) ſemel e
vt minimùm in anno teneri Catholica [e] c. omnis vtriusque, hoc tit.
voluit Eccleſia: ſacerdote qui confeſſio-
nem excipit, eandem ſanctionibus grauiſ-
ſimis prodere prohibito; ſub pœna nimi-
rum detruſionis in arctum aliquod mo-
naſterium ad perpetuã pœnitentiam per-
agen-

agendam. quod quidem confitendi remedium adeò ſalubre atque neceſſarium eſt, vt medici quoque corporum ad ægrotos vocati, edicto teneantur hos ante omnia inducere ad medicos animarum ſimul aduocandos [a]; cùm & ex animi ſanitate pendeat ſæpe ſanitas corporis. pœnitentiis itaque ſemel iniúctis omnino ſatisfaciendum eſt; niſi per gratias & remiſſiones id eſt indulgentias hæ pœnæ ſeu pœnitentiæ condonentur. ſed quoniam de iure iubilæi & indulgentiarum peculiare dedimus alibi Syntagma, nihil eſt quod hîc amplius addamus. quare veniamus ad ius excommunicationis 39. quod pœnæ genus antiquiſſimum eſt in Eccleſia Chriſtiana, vtpote ab ipſius Chriſti & Apoſtolorum doctrina profectũ: dum is qui Eccleſiam non audit nec ei vult obedire tanquam Ethnicus & publicanus haberi, dum hæreticus homo poſt commonitionem trinam deuitari, dum homines contaminati ſceleribus & obſtinati Satanæ (tanquam Eccleſiæ Chriſtianæ carnifici) ad interitum & afflictionem carnis tradi, iubentur: donec nimirum reſipiſcant & ad Eccleſiæ gremium redeant. nec enim excommunicatio fit vt quis pereat, ſed vt pudore ſuffuſus in gratiã cum Deo Deique Eccleſia redeat [b]. excommunicatio nempe neruus eſt Eccleſiaſticæ diſciplinæ. quem gladium habet Eccleſia ſpiritualem non ad occidendum ſed ad viuifi-

[a] c. cùm infirmitas. hoc tit.

[b] c. inter hæc. 33. q. 2.

187 Indulgẽtiarum Syntagma cõſule ab Auctore editum.

Tit. 39. DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, adde tu liberrimè SVSPENSIONIS, ET INTERDICTI.

188 Excõmunicationis antiquitas & origo.

189 Excõmunicatio medicinalis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

190 candum [a] vt Nicolaus Pōtifex loquitur [b].

Duplex Ex cōmunicationis genus; Anathema, & Excōmunicatio ſimplex vel minor.

Excommunicatio noſtris alia maior alia [c] minor nominatur: maior eſt quæ non ſolùm à perceptione ſacramentorū verum etiam ab omni conſortio & communione Chriſtianorum ſeparat, quæ vocatur & Anathema: minor eſt quæ duntaxat à ſacramentis arcet. hæc pœna nunc incurritur ipſo iure, nunc irrogatur per ſententiam iudicis. incurritur ipſo iure, quando propter ſcelus aliquod enorme canon aliquis ipſe ſententiam tulit excommunicationis in quoſcunque tale quid perpetrantes.

191 Canon latę ſententiæ.

qualis canon ob id vocatur canō latę ſententiæ quaſi qui ſententiam latam ſecum adferat. exēplum ſit in eo quicunque ſacerdotem vel alium Clericum vel religioſum religioſámve percuſſerit [d] aut violentas illis iniecerit manus, vel incendiarius fuerit. quales homines non niſi à ſummo Pontifice eiúsve Legato poſſunt abſolui, niſi cauſa quæpiam neceſſaria ab adeundo Pontifice vel eius Legato ipſos excuſauerit. irrogatur excommunicatio per ſententiam iudicis his qui ſeſe contumaces & Eccleſię iudicíque ſuo Eccleſiaſtico rebelles re ipſa declarant. qualis excommunicatio magnis olim ſolennitatibus [e] fieri conſueuit; accēſis videlicet candelis & in terram proiectis & cōculcatis.

192 Trina pri' monitio.

At, in neminem prorſus excommunicationis eſt ferenda ſententia, niſi trina monitione præmiſſa, nec niſi ex cauſa & manifeſta

a c. inter hęc de conſe.

b d. c. inter hæc 33. q. 2.

c c. pendẽte

d toto hoc tit. c. ſi quis ſuadente diabo lo. 17. q. 4.

e c. debent 11. q. 3.

niſeſta & iuſta, ſicut in Concilio generali ex ipſius Chriſti doctrina (cuius antè memini) conſtitutum reperitur[a]. Sanè qui ſciens prudensque communicauerit excommunicatis, excommunicationis pœnam, certè minoris[b], incurrit; quin & maioris[c], vbi communicatio talis fit in ipſo delicto propter quod excōmunicatio fiebat. exceptis[d] tamen ipſorum excommunicatorum domeſticis aliisque ſine quorum conſortio viuere excommunicati nō poſſent.

193 Cōmunicatio cum excommunicatis.

Illud ſubmiretur quis non immeritò cur huius inſcriptio tituli non ſit æquè plena ſecūdum libros hactenus impreſſos atque eſt eiuſdem tituli inſcriptio in Sexto Bonifaciano & in Clementinis & in Extrauagantibus Ioannis 22; ſic nimirum, DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SVSPENSIONIS, ET INTERDICTI; cùm tamen & *ſuſpenſionis*[e] & *interdicti*[f] mentio reuerà fiat hîc frequentiùs. Equidem id vitio vel ſcribarum vel typographorum contigiſſe ſuſpicor; ideo defectum ſentio liberrimè ſupplendum.

194 Mutila tituli præſentis inſcriptio.

DEPOSITIONIS[g] item, atque prætereа PRIVATIONIS[h] meminit hic titulus. quę ſingula longè lateque differunt & inter ſe & à degradatione illa de qua ſub titulo de Pœnis dicebatur. *Suſpenſio* & *interdictum* relinquūt ſpem reſtitutionis integrā; *Depoſitio* ſpem reſtitutionis (de reſtitutione in integrum hic non loquor) omnem præcidit atque

195 Depoſitio priuatio quid à degradatione differat.

a ...ſacro. 48. ...hoc tit.
b ...cùm deſi... ...es. & c. ...ad in du... ...hoc tit.
c ...ſi concubi... ...55. hoc tit.
d ...c. inter alia. hoc tit.
e ...c. cùm illorū. 32. ſub finē. & c. ſuper eo. 51. & c. verbali. 52. hoc tit.
f ...c. cōſuſſio. 43. & c. permut... ...ionis. 57. hoc tit.
g ...de c. cùm illo... ...ſub princ. 32. hoc tit.
h ...graué. 53. hoc tit.

tollit, quemadmodum & *Priuatio*, priuilegio tamen fori Clericalis manente ſaluo: degradatio tollit hæc omnia, priuilegium quoque fori. Nihil autem eſt aliud hoc loco interdictum quàm iudicis Eccleſiaſtici ſententia vel decretũ, qua quóve vel certis perſonis vel etiam certis locis ob cauſas aliquas graues interdicitur vſus officiorum diuinorum perceptioq́; ſacramentorum. Quæ quidem tria, Excommunicatio videlicet & Suſpenſio & Interdictum, paſſim in iure hoc Pontificio *Cenſurarum* Eccleſiaſticarum vocabulo intelliguntur[a].

196 Interdictũ quid ſit.

197 Cẽſuræ Eccleſiaſticæ.

Explicatis omnibus vniuerſi iuris Pontificij partibus, reſtat vt pro coronide breuis quædã iuris eiuſdem comprehenſio ſubdatur, ſicuti fit & in legum Ciuilium Pandectis. Ac quoniam ius omne vocibus orationeq́; conſtat, & rebus ipſis hoc eſt æqui boniq́ue cognitione, de vtroque genere breuiſſimum quid adferamus. Vocum 40 & orationis interpretatio non minimam ſæpè difficultatem habet annexam; quo fit vt vtrumq́ue ius plenum ſit harum explicatione. Atque in genere quidem id obſeruandum eſt, vt quia mentis interpres eſt oratio, res autem nõ ſermoni (ſicut Hilarius inquit[b]) ſed rei ſermo ſubiectus eſt, intelligentia dictorum ex dicendi cauſis aſſumatur; vel, vt paulò clarius habet Cœleſtinus Pontifex[c], non tam verba conſiderẽtur quàm volun-

Tit. 40. DE VERBORVM SIGNIFICATION.

198 Mẽs magis quàm verba ſpectanda.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

voluntas: quandoquidem non intentio verbis at verba debent intentioni ſeruire. beneficia certè Principũ latiſſimè interpretanda eſſe reſcripſit hoc loco Innocentius tertius [a]. De interpretandi in vniuerſum officio ſic ſenſit Gregorius [b] Papa; *Si prolixam*, inquit, *epiſtolam meam ad interpretandum accipere te fortaſſe contigerit, rogo non verbum ex verbo ſed ſenſum ex ſenſu transferri, quia plerunque dum proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur*. Nam & Auguſtino [c] teſte, *nihil obſtat narrandi diuerſitas vbi eadem dicuntur*. At quia de verborum ſignificatione copioſè & eleganter ſcripſit Alciatus, & ſingularum vocũ clauſularúmve ſub hoc titulo diuerſis libris tam Pontificij quàm Ciuilis iuris comprehenſarum interpretationem cuiuis ex ipſis fontibus petere procliue eſt, equidem verbum non amplius addam. Ipſius æqui & boni cognitio generalibus quibuſdam ſententiis 41 comprehenſa eſt, quas vt Axiomata quædam philoſophi, & Aphoriſmos medici, ſic veteres Iuriſconſulti Regulas appellarunt. quæ nimirũ ex vniuerſo iure ſumptę & in breue quoddam axioma contortæ ſeu coniectæ, rem quæ eſt breuiter enarrant [d]. non ſecus ac à cauſidicis & Rhetoribus cauſę totius in anguſtum quoddam fit coniectio; quo nimirum de vniuerſi negotij litiſque ſtatu faciliùs liquere poſſit. Harum itaque Regularum ea eſt breuitas

a ...p. olim. hoc ...
b ... propterea. ...hoc tit.
c ...p. nihil obſtat. hoc tit.
d l. 1. ff. de reg. iur.

199 Interpretãdi officiũ.

Tit. 41. DE REGVLIS IVRIS.

200 Cauſæ totius coniectio.

uitas vt ſi quis eas breuiùs tradere conetur, non compendium traditurus at magnum diſpēdium ſit ineptiſſimè facturus. Quare tandem ſit hic, ad Dei Opt. Max. gloriam, ac publicum bonum, noſtramq; ſalutem, Synopſios huius Paratitlaris ac totius denique Commentarij de IVRE SACRO in vniuerſum ſeu Principiorum iuris Eccleſiaſtici finis diu deſideratus & exoptatus.

*Laus æterno* DEO, *Virgini matri Deiparæ, Sanctisq; Dei cunctis. Amen.*

Auctoris, ex ruricolis orti pecuariis, inſigne paternum *Tridens ruſticus*; cum gnome ſubiecta.



*Tridens laborioſus at beatus eſt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN